Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft




Rep. XV. 9. no. 252a. pu
312.

~~3442~~

11471

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/2
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/4
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft




Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/6
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

# JOH. ADAMI SCHERZERI,

Theologi apud Lipſienſes
Primarii.

# BREVICULUS
# THEOLOGICUS,

Unicâ Poſitione generali, Sy-
ſtema Theologiæ exhibens.

Acceſſit in Frontiſpicio *Syllabus*
*Adverſariorum*,

ad calcem verò

*Libelli Analyſis, & Index, tum Lo-*
*corum, tùm Scripturæ Sacræ.*

EDITIO SEXTA.

Auctior & Correctior.

*Cum Privilegio Electorali Saxonico.*

KGL. ÖFFENTL. BIBLIOTHEK · DRESDEN

---

*LIPSIÆ,*
Sumpt. JOH. HEREBORDI KLOSII,
Bibliopol.
M. DC. XCIX.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/7
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*Joh. V, 39.*

# SCRUTAMINI SCRIPTURAS.

*Apud Clement. Alexandr. Stromat. L.VI. fol. m. 678. Petrus dixit:*

οὐδὲν ἄτερ γραφῆς λέγομεν.

*Auguſtin. L. I. de Peccat. Merit.*

Cedamus autoritati Scripturæ Sanctæ, qvæ neſcit falli, nec fallere. Hominum eſt labi, hallucinari, falli, fallere, decipi, decipere.

*Chryſoſtom. Homil. in Joh. XVI.*

NB. Hæc omnium malorum cauſa eſt, qvòd multi non ſciunt Scripturarum teſtimonia in opportunis rebus adducere.

Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

*Ad Benevolum Lectorem,*

# D. VAL. ALBERTI, P. P.

*BEatus Autor, Affinis meus deſideratiſſimus, cùm paulo ante fatalem ſuum diem in eo eſſet, ut curæ fideique meæ, tàm libros, quàm liberos ſuos committeret, Breviculum, quem vocat, hunc Theologicum, commendabat mihi ſollicitè, inprimis eum in finem, ut ſi prælo ſubjiciendus eſſet denuò, ea, quæ paſſim manu ſuâ textui adjeciſſet, aut inſeruiſſet, ne omitterentur, ſed ſuis quæque locis poſita, ſimul imprimerentur. Hinc cùm ad implendum non minùs, quàm ad dandum promiſſum, ego eſſem promtiſſimus, factum eſt, ut non ſine Acceſſionibus iſtis, Libellus ille jam prodeat, imò verò à mendis, quæ in priores Editiones irrepſerant, etiam ſit liberatus; quod ego Te, L. B. latere nolui, B. V. Lipſ. 28. Aug. A. 1684.*

ELECTORALIS
DRESDÆ
MAXIME VENERABILI
ORDINI EC-
CLESIASTICO,

*VIRIS*
SUMME PLURIMUMQVE
REVERENDA DIGNITATE, OR-
THODOXIA, PIETATE, ZELO PRO
DOMO DOMINI, MAGNIFICA ET
AMPLISSIMA MUNERUM GLO-
RIA EXCELLENTIS-
SIMISQVE,

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/10 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft

DOMINIS
SUPERINTEN-
DENTI, SENIORI,
RELIQVISQVE SYM-
MYSTIS LONGE VIGILAN-
TISSIMIS RELIGIO-
SISSIMIS,

*DOMINIS RESP. PATRO-
NIS AC FRATRIBUS IN VISCE-
RIBUS JESU CHRISTI DILE-
CTISSIMIS AC PLURI-
MUM HONORAN-
DIS,*

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/11 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

PACEM DEI
PERPETUAMQVE
FELICITATEM
ANIMITUS ADPRECA-
TUS
BREVICULUM
HUNCCE
THEOLOGICUM,
FRATERNÆ IN FIDE CA-
THOLICA CONTESSERATIO-
NIS, INFUCATÆQVE
AMICITIÆ SYM-
BOLUM
*DO, DICO, DEDICO*
JOH. AD. SCHERTZERUS,
EGRANUS.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/12 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# CHRISTIANO LECTORI
εὐδιάγειν.

QVid per Λόγον συντετμημένον, Rom. IX, 28. intellexerit Gentium Apoſtolus, non unâ ratione Interpretes exponunt. Auget difficultatem ipſorummet divinorum Scriptorum diſcrepantia. Eſaias enim ita: כלה ונחרצה עשה בקרב כל־הארץ *Conſummationem* (vertente Ariâ) & *deciſam facit* (Dominus) *in medio terræ*, c. X. 23.; Apoſtolus verò Græcos

LXX. ſecutus, l. c. hôc teno-
re expreſſit: Λόγον συντελῶν
καὶ συντέμνον ἐν Δικαιοσύνῃ
ὅτι ΛΟΓΟΝ ΣΥΝΤΕΤ-
ΜΗΜΕΝΟΝ ΠΟΙΗΣΕΙ
ΚΥΡΙΟΣ ἐπὶ τῆς γῆς. Ubi
obiter caſtiganda venit impia iſta,
*Magni* aliàs, *Grotii* abſurditas, qvâ,
*in textu Paulino ſatis abſurdum eſſe
poni*, γὰρ *antè* ὅτι aſſerere non eru-
buit. Cæterum ſub diverſis, Pro-
phetæ & Apoſtoli, verbis eundem
nihilominùs ſenſum eſſe dicenda
evincent. At, qvid eſt (de qvô qværi
cœperit) λόγος ille, συντετμημέ-
νος, ſeu, ut *Vulgatus* effert: VER-
BUM ABBREVIATUM; Sunt
(I.) qvi intelligunt CHRISTUM,
inter

inter qvos *Cyprianus*, probaturus, *qvòd Chriſtus ſit Sermo DEI*, illud Eſaiæ (*Sermonem abbreviatum faciet;*) L. II. contra Judæos c. III. allegat. *Verbum incarnatum eſt verbum ad hominis usque naturam abbreviatum & exinanitum, ut, quod cœlô non capiebatur, præſepiô caperetur*, inqvit *Bernhardus*. Qvâ occaſione abuſi *Ariani*, Chriſtum, qvòd *Verbum abbreviatum* eſſet, Patre minorem eſſe, qvondam objiciebant. (II.) Alii de Evangelio exponentes: *Sermonem*, inquiunt, *breviatum fecit DEUS in terrâ, dum DEI ſermo, Dominus noſter JEſus Chriſtus, omnibus venit, & colligens doctos pariter & indoctos, omni ſexui atqvè ætati præcepta ſalutis edidit*, PRÆCEPTORUM SUORUM

FECIT GRANDE COMPENDIUM, *ut in diſciplinâ cœleſti diſcentium memoria non laboraret, ſed, quod eſſet ſimplici fidei neceſſarium, velociter diſceret*, cum *Cypriano Serm. ult. de Orat. Domin.* Similiter *Hieronymus: Abbreviatus atque perfectus ſermo Evangelicus eſt: qui pro cunctis lacinioſæ Legis ceremoniis dedit præceptum breviſſimum, dilectionis, & fidei.* Commenta. in Eſ. c. I. Cui præluſerant illa *Tertulliani: compendiatum eſt novum Teſtamentum, & à Legis lacinioſis oneribus expeditum*, Lib. IV. *contr. Marcion.* c. I. Et viciſſim: *reciſum ſermonem facturus in terris Dominus*, i. e. CHRISTUS PRÆDICABITUR. Conf. *Auguſtin.* Tr. XVI.

XVI. in Joh. & L. II. c. 1. ad Simplician. *Baſil.* & *Procopius* in Eſai. *Ambroſ.* Præfat. Epiſt. ad Galat. &c.

(III.) Quorundam, de *Lege Maſaicâ*, expoſitio, vel ipſo eſt abſona ſonô. Propiùs verò (IV.) à verò abſunt, qvi plenum prophetici Textus ſenſum, de Judaicarum reliqviarum converſione, hunc in modum, faciunt: CONSUMMATIONEM ABBREVIATAM (ſive *præciſam* & חרוצה, *per fractiones qvaſi numeratam, ceu Arithmetici ſolent: ut innuantur fideles, ad exiguas minutias redacti, Iſraëlitæ*) INUNDAT JUSTITIA (*Chriſti, ad quem ſunt converſi*) vel etiam: *Conſummatio abbreviata* (per qvam intelligunt paucos illos, ex Iſraëlitis,

)( 6 fide-

fideles reſiduos) *inundabit*, id eſt, inſtar aqvarum diffundet juſtitiam, ſive in totum terrarum orbem ſparget ſalvificam Evangelii doctrinam. Qvod ſub exordium, cumprimis N. T. factum. Non malè proin *Oecolampadius: Conſummatæ & abbreviatæ illæ Reliqviæ*, APOSTOLI *ſcil. inundabunt alios Juſtitiâ, utpote Doctores totius Mundi.* Quam expoſitionem Sententiæ Paulinæ penitus conformen eſſe, ipſa textus συνάφεια arguit, Doctoresqve, noſtri pariter, ac extranei, paſſim confirmant. Vide *Dn. Calovium*, aliosque in hunc locum. Ex illis *Eſtius* hunc ſenſum facit: *Deus erit conſummans & abbrevians verbum, cum Juſtitiâ, ſive qvod locutus eſt, faciet, redigens Iſra-*

*Iſraëlem, qvem ſalvaturus ſit, ad brevem, acciſum & exiguum numerum, ita, ut penè conſumatur. Sed tamen paucos illos faciet Juſtitiæ donis affluentes, ſecundum illud:* Omnis, qvi relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Jeruſalem, Sanctus vocabitur. *Qvod impletum fuiſſe in Apoſtolis, ac cæteris primitivæ Eccleſiæ fidelibus* l. c. ſubjungit.

Qvanqvam verò hæc ita ſint; interpretatio tamen *Hieronymi* atqve *Cypriani* anſam mihi præbuere, cogitandi de VERBO qvôdam ABBREVIATO, *docendiqve compendio, ut in diſciplina cœleſti, ſive Sacroſancta* THEOLOGIA *diſcentium memoria non laboraret, ſed, qvod eſſet neceſſarium, velociter diſceret.*

*ret.* Tantum enim ſcimus, qvantum memoria, (qvam brevitas paſcit, prolixitas obruit,) tenemus. Unicâ igitur POSITIONE GENERALI, velut λόγῳ συντετμημένῳ, ſive *Verbô abbreviato*, totius *Scripturæ nucleum*, & S. THEOLOGIÆ *ſummam*, ita ſum complexus, ut ejus ſimul *articuli*, annulorum in catenâ inſtar, ſibi cohærentes, juxta XLIII. *Locorum ſeriem* ſvavi ordine explicentur. Non enim cœcô qvôdam caſu, Atomorum Democriti more, copulantur, aut fortuitô occurſu colliduntur; ſed nativô qvaſi nexu ſuccedentes, *per Cauſas* etiam, tectô qvidem, in Ἀναλύσει tamen, ad Libelli calcem, retectò artificiô, decurrunt.

*Pro-*

*Probationibus* ex limpidis verbi divini fontibus ubique hauſtis, nonnunquam, prout commodum erat & opus, *Adverſariorum Teſtimonia*, κατ᾽ ἄνθρωπον, ſubjicitur. Ipſos vero, quibus *orthodoxa Theſis opponitur*, ἀντιλέγοντας (quos ex manſuetudine Theologica erudire, quam conviciari malui,) literæ marginales, in frontiſpicio, poſt Præfatiunculam, evolutæ, indicant. Omnia ſuccinctè quidem: at planis, ut opinor, & ſine ullâ circuitione, verbis. Inde natum BREVICULI THEOLOGICI nomen, præeunte *Auguſtinô*, cujus extat BREVICULUS COLLATIONUM contra Donatiſtas. Cùm enim *Iſti prolixitate id efficerent, ut, quod actum eſt,*

*non*

*non facilè legeretur*, Præſul ille Hipponenſis, eô fine, *iſtud Breviarium*, vel *Breviculum illum* (digniori enim genere appellat Retract. L. II. c. 39.) confecit, *ut*, *ſine difficultate*, *quis invenire poſſit, quicquid voluerit*. Præfat. Brevic. Collat. Tom. VII. Oper. col. m. 560.

Qvodqvidem, an juxta cum B. Auguſtino, hôc MEO BREVICULO, velut quôdam *ſymbolo* (id enim *Cyprianus*, ſeu potius *Ruffinus* de Symbol. BREVIATUM FIDEI VERBUM appellat) ſim conſecutus? omnibus piis, cordatis ac eruditis, haud ægrè, dijudicandum, relinquo.

Qvod vero tandem Libelli hujus USUM attinet, ea, qvæ

qvæ Germanici BREVICULI (ſub rubricâ: Kurtzer Weg und Handgriff) Dedicatio monuit, repetenda non exiſtimo. Huncenim *ordinem* ſervari, LECTOR, omninò cupiam: ut, (I.) ex Definitione RELIGIONIS (qvæ ad VERUM DEI CULTUM OBLIGATIO eſt) ipſum, qvô DEO homines *obligantur*, *ordinem*, juxta §. VII. intelligas. Ex illo enim, SERIES LOCORUM totius *Syſtematis Theologici*, qvos ad digitos veluti numerari poſſe, proderit, naſcitur. Ubi cumprimis *Præfatio B. Hülſemanni*, ad DN. HENRIC. à FRISEN, cui BREVIARII THEOLOGICI primam editionem inſcripſit, inſpicienda.

da. Inde (II.) ad THESIN GENERALEM, ut, freqventi repetitione, eam memoriæ concilies, progredere. Tùm (III.) ipſos *Paragraphos* primâ vice *obiter* qvaſi ac omiſſis potiſſimùm, qvæ Parentheſibus includuntur, qvò confuſam ſaltim contentorum notitiam Tibi pares, percurre. Cui (IV.) ſuccedat *lectio accurata*, qvæ *Theſin*, cum *Probationibus* conſideret, *inferendiqve* ex Oraculis divinis *nervum* obſervet. Qvod, cùm (V.) commodiùs, qvàm *inſpectis ſacris Tabulis*, fieri non poſſit, ipſa *Scriptura* (cujus haud raró ſola Capita de induſtria allegamus) evolvatur neceſſe eſt: qvoniam iſtà ratione Studioſi SS. Theologiæ בעלי־הפסוק (hoc

eſt

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/24
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

eſt: cum Ebræis loquendo) BIBLIOPOTENTES evadunt, ut Verbo DEI ſenſim aſſveti, ex locali etiam memoriâ *claſſicas Autoritates* depromere ſciant. In quô ſanè maximum momentum eſt ſitum. *Hæc* enim, inquit Chryſoſtomus, *omnium malorum eſt cauſa, quòd multi neſciant, Scripturarum Teſtimonia, in opportunis rebus adducere*; Homil. in Joh. XVI. Etſi verò (VI.) *Indicem* quoque *Rerum* adjicere animus fuerit, id tamen propoſiti facilè intervertit, ejusdem partim Libellum tantum-non ſuperatura prolixitas: partim, quòd cum facile ſuppleat ἀνάλυσις ſubjuncta, hoc etiam diſcentibus protutura, ut eo diligentiùs Opuſculi Aphori-

ri-

riſmos evolvendo, eadem opera *Materiam* in propria ſede, adeoque cum *ipſa Connexione*, memoriæ mandent. Taceo, Indices ejusmodi Libellorum, deſidiæ veriùs, qvàm diligentiæ nonnullis occaſionem præbere. Qvod qvidem Theologiæ Conſecraneis dictum exiſtimes: cum non illis duntaxat, ſed (VII.) aliis qvoqve, qvibus á munere ſuo tantum otii non ſupereſt, ut prolixiores ejus generis chartas evolvant, Breviculus ſit conſcriptus. Etſi enim *propter conſcientiam, quilibet* debeat *eſſe Theologus*, plerosqve tamen ea videmus negligere, qvæ in ſinuoſis Voluminibus modeſtè qværuntur. Sin meliùs Tibi conſulere nôris, a lectione & uſu

Libelli hujus, etiam atqve etiam rogatus, abſtine, aliorumqve circulos turbare noli. Iſtis verò, qvi eundem fortè in manus ſument, IPSE DEUS DET INCREMENTUM! Cujus Paternæ gratiæ eosdem devotus commendo. *Da pacem* DOMINE, *in diebus noſtris, & ſerva Verbum tuum.* AMEN.

## Nomina Eorum, qvi Elenchô notantur.

A. Anabaptiſtæ.
An. Antinomi.
Ant. Anthropomorphitæ.
Ap. Apelles.
Apoll. Apollinariſtæ.
Aq. Aquarii.
At. Athei.
Br. Brovvniſtæ.
C. Calviniani.
Can. Canoniſtæ.
Car. Carteſiani.
Ch. Chiliaſtæ.
Co. Coluthiani.
Do. Docetæ.
Don. Donatiſtæ.
Du. Durandus.
E. Enthuſiaſtæ.
Ep. Epicuræi.

Epi-

Epi. Epiſcopales Angli.
Eu Eutychiani.
F. Fanatici.
F.E. Felix & Elipandus.
Fr. Franciſcani.
G. Gentiles.
Gr. Græc.
H, Helvidiani.
Hu. Huberus.
J. Judæi.
Je. Jeſuitæ.
In. Interimiſtæ.
M. Mahammædani.
Ma. Manichæi.
Maj. Majoriſtæ.
Mat. Materiarii.
Mi. Miſericordes Doctores.
Mon. Monotheletæ.
N. Neſtoriani.
No. Novatores.
Or. Origenes.
Orig. Vet. Origeniſtæ veteres.
Os. Oſiander.
P. Papiſtæ.
Pe. Pelagiani.
Phi. Philoſophi.
Pi. Piſcator.
Po. Polygamophiſi.
Pr. Prædeterminant.
Pri. Prideaux.
Pſ. Pſychopannychitæ.
Q. Quidam.
Qua. Quakeri.
R. Remonſtrantes.
Ra. Rathmann.
Ro. Rothiſtæ.
S. Socin.
Sad. Saducæi.
San. Sandius.
Sch. Scholaſtici.
Schvv. Schvvenckfeld.
St. Stoici.
Sy. Syncretiſtæ.
V. Vorſt. ( tici.
Vh. Veteres Hære-
W. Weigeſiani.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/28
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

כעהנואס:

I.

THEOLOGIA.

Περὶ τȣ̃ Θεȣ̃λόγου i. e. doctrina de Deo ac divinitus revelatis. *Hoc verbo Gr&co ſignificare intelligimus de divinitate rationem* (λόγον) *ſeu ſermonem. Aug.* L. IIX. de C. D. c. 1. *Conf. Thom.* P. I. q. 1. a. 7. Vox Θεȣ̃ ac Θεο-λογίας h. l. genericè accepta etiam *Oeconomiam*, *Chriſtologiam & Anthropologiam* includit. Veteres enim Theologiam (ſpecificè ſumentes) ab *Oeconomia* (myſterio Incarnationis) ſicuti alii Doctores à *Chriſtologia & Anthropologia* diſtinxerunt. Qvanquam (ſignificatione tamen non ita obvia) apud *Theodoretum Therapevt. Serm. II.* Θεολογία παλαιὰ καὶ νέα, Vetus & Novum Teſtamen-

mentum ſignificat. *Conf. Dionyſ. Areopag. de Cœl. Hierach. C. III. fol. 248. Cap. IV. fol. 48. ſeq.* nec non *Pachym. & Maxim. in h. l. fol.* 70. Contr. *Walæum*, qvi L.L.CC. f. 3. per *ſermonem Dei*, cum utroqve Somnio, exponit. At *Sermo Dei* ſ. Scriptura non ipſa Theologia, *ſed Theologiæ principium eſt.*

II.

viatorum.

Vita hæc peregrinatio, *Gen. XLVII*, 9. πολίτευμα verò noſtrum in cœlis eſt, *Phil. III*, 20. *Non enim habemus hic manentem civitatem, ſed futuram qværimus, Ebr. XIII*, 14. *Unde cernimus* NUNC *in ænigmate*, (ſicut viator in itinere Patriam ſuam) TUNC *autem videbimus a facie ad faciem.* NUNC *cognoſco ex parte*, TUNC *perfecte*. 1. Cor. XIII, 12. Nam *ubi venerit* τὸ τέλειον, *id qvod eſt* ἐκ μέρους *abolebitur, v.* 10. *Nondum JAM apprehendi, ſector autem, ut comprehendam* (compre-

prehenſor futuros comprehenſione non *proportionis*, nec *nudæ conſecutionis*, ſed *perfectæ cognitionis ac fruitionis* Vid. §. ſeq. CXXXIV) *Phil. III*, 12. *coll.* 1. *Cor. IX*, 24. Theologiam *Patriæ* reſervamus in cœleſtem patriam.

III.

Hominum.

Non enim hîc de *Archetypa Dei* (*Matth. XI*, 27. 1. *Cor. II*, 10. *ſeq.* nec de *Ectypa Chriſti* hominis (de qva *Luc. II*, 52.) nec de Theologia *Angelorum*, (*Matth. XIIX*, 10.) ſed *hominum* (qvæ in ordine *ad Deum* minùs accurate *Ectypa* dicitur. Ad Dei enim Theologiam non eſt expreſſa noſtra. Ad ἔκτυπον ne omnimoda qvidem *ſimilitudo*, ſine *expreſſione ad imaginem*, ſufficit. Vid. *Danh. Hodoſoph. f.* 12. Dici autem poteſt ἔκτυπος reſp. *Scripturæ* ſive voluntatis revelatæ, ad qvam debet eſſe expreſſa. Sed ſic alia eſt diſtinctio, *à Principio*,

Q.

non *a ſubjecto* deſumta) loqvimur.

IV.

revelata Nec de naturali; ſed *revelata* κατ' ἀποκάλυψιν ex Matth. XVI, 17. à qua Johannes (qvia ἀποκάλυψις Ἰησοῦ χριστοῦ *ipſi facta eſt*, Apoc. I, 1.) THEOLOGUS appellatur, hîc agimus.

V.

EST Γνωστὸν τοῦ θεοῦ etiam *gentibus manifeſtum eſt, Rom. I*, 19. At *hæc eſt vita æterna, ut cognoſcam TE SOLUM VERUM DEUM & qvem miſiſti JESUM CHRISTUM*, Joh. XVII, 3. *Iſtud* naturalis, *hoc* revelatæ Theologiæ *exiſtentiam* probat.

VI.

ſapientia, Poſſet Theologia penitius deſcribi: SAPIENTIA DEI IN MYSTERIO, ex 1. Cor. II, 6. 7. vel *Sapientia, hominem ex ſacris literis erudiens ad ſalutem, per fidem, qvæ eſt in Chriſto JEſu*, 2, Tim.

II, 15. *Genus* itaqve Theologiæ *Sapientiam eminentem* (habitus qvidem Ariſtotelicos tranſcendentem, illos tamen ἀναλόγως, qvod ſatis eſt, referentem) dicimus propter *ſapientiæ* (א) *natu-*
Q *ram*, & (ב) *affectiones*. (א) Sapi-
Th. entia eſt rerum altiſſimarum ex altiſſimo principio cognitio. At etiam Theologiæ *altitudo principiativa*, (Deus enim revelat) *objectiva* (myſteria à ſenſibus remota revelantur) *ſubjectiva* (Theologum reddit ἀμετάπλωτον καὶ ἀμετακίνητον) & terminativa (ad Dei gloriam & hominum ſalutem) competit. Qvorſum facit locus *Eph. III*, 18. (ב) Verſatur inſuper Theologia (I.) circa omnia in Hæmiſpærio ſuperiore, uti Metaphyſica circa omnia Hæmiſphærii inferioris: (II.) Certior eſt demonſtratio Theologi ex veritate prima,

qvam Methaphyſici ex lumine naturæ & rerum cauſis æternis, (III) Imperare inferioribus diſciplinis tum demum habet locum, qvando ejusdem generis dantur habitus inferiores. At Theologia plures ſecum Soles non paſſa, ſola in olympo ſuo regnat, qvod longè excellentius eſt. Redigit tamen inferiores diſciplinas & *intellectum* hominum *ſub obſeqvium fidei, captivans* πᾶν νόημα, 2 *Corinth. X, 5.* qvod etiam longè nobilius eſt. (IV) Theologia in ſua, multò ſublimiore ſphæra concluſiones fidei, ex primis principiis revelatæ primæ veritatis, ad majorem cetritudinem infallibilitatem, nobilioremqve finem confirmat. Unde non minus, imò magis, eſt apta ad docendum, qvem Metaphyſica, qvæ in multò inferiore ſphæra ſua, concluſiones ſcientificas ex primis principiis

cipiis cognitionis tantùm naturalis confirmat. (V.) DEum tanqvam primarium objectum, à ſenſibus maximè remotum, & myſteria cognitu longè difficillima tractat. NB. *Verbo*: Qvos ordines in humili casâ Methaphyſices deprehendis, eosdem etiam, ſed longè ſublimiores, reperies in latiſſimo Regno Theologiæ. *Habitudo* rerum ad primam cauſam, in œconomia ſalutis, infinities nobilior eſt ordine entium, Methaphyſicæ contemplationis. Facilius etiam eſt ens in duas claſſes (Subſt. & Acc.) partiri, qvam diſcrimen legis & Evangelii, fidei & operum Dei Oeconomicam ὀρθοτομεῖν, qvod Philoſophiæ eſt impoſſibile.

VII.

P. Religio *eſt ad Verum DEI cultum* Obligatio (ſeu ratio hominem obligans ad debitum atque Veram Religionem,

qve officium; ad qvod teligamur & obligamur) OBLIGATIO inqvam, *cognita* ex *Scripturis*: *exacta à Deo*: *contracta per naturam* (creatam, conſervatam per *Providentiam*, qvam tamen propter connexionem cum *Termino vitæ*, in *Prædeſtinatione* conſiderato, reſervamus ad §. CXV.) *Delictum* originale, actuale, ) & *benefic um Redemtionis*, *Vocationis*, *Converſionis*, *ſacramentalis confoederationis Juſtificationis*, *Renovationis*, *Prædeſtinationis* & *Glorificationis*: *propoſita in Eccleſia*, cujus ſubjectum univerſale *Reſpublica*, particulare autem *Familia*, per *conjugium* propagata, exiſtit: *impugnata* & impedita deniq; à communi hoſte *Antichriſto*, tùm *Hæreticis*, *Schiſmaticis*, *Apoſtatis* ac *Syneretiſtis*. NB. Qvæ Religionis definitio ec evolutio totum *Theologiæ Syſtema* ſvavi ordine delineat. Vid. *Præf.*

*Præf. Veterem in Brev. B. Hülſem.*

IIX.

CHRISTUS *factus eſt nobis à Deo ſapientia, juſtitia, ſanctificatio & redemtio, ut, qvi gloriatur, in Domino glorietur,* 1. Cor. I, 30. 31. *Qvicqvid facitis, omnia in gloriã Dei facite,* 1. Cor. X, 31. coll. Col. III, 17. *Omnis lingva confiteatur, qvod Dominus ſit JEſus Chriſtus ad gloriam Dei Patris,* Ph. II, 11. *Gratias ago Tibi Pater, qvia talia revelâſti,* Matt. XI, 25. — ad Dei gloriam

IX.

*Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant Te verum Deum, & qvem miſiſti JEſum Chriſtum,* Joh. XVII, 3. *Hæc ſcripta ſunt, ut credatis; qvod JEſus ſit Chriſtus, & qvod per fidem vitam habeatis per nomen ejus.* c. XX, 31. coll. Tim III, 15. 1. Pet. I, 9. Rom. I, 16. — Hominumq; ſalutem

X.

*Scriptura utilis* eſt ad διδασκαλίαν & παιδείαν, 2. Tim. III, 16. — rradens

*Fundamentum aliud nemo ponere poteſt, qvam qvod* POSITUM *eſt, qvod eſt Jeſus Chriſtus*, 1. Cor. III. 11. Unde Theologia POSITIVA ſive THETICA audit.

XI.

expli-
cans,

*JEſus exorſus à Moſe & omnibus Prophetis* διηρμήνευσεν *interpretabatur* ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς, *qvæ de ipſo erant*, Luc. XXIV, 27. *Scriptum eſt*, Matth. IV, 4. 7. 10. *Qvomodo ſcriptum eſt? qvomodo legis?* Luc. X, 26. *Erratis neſcientes, Scripturas* Matth. XXII, 29. coll. 31. 32. 42. 43. 44. 45. *Scriptura non eſt* ἰδίας ἐπιλύσεως 2. Pet. I, 20. Ergò *Prophetia* (interpretatio Scripturæ) *ſit* κτ' τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως (qvæ deſumitur ex univerſali concentu ac Harmonia totius Scripturæ. *Is enim ſenſus ſanus & ſine periculo eſt, qvi aperte & ſine ambiguo ipſis* DICTIONIBUS *in Scripturis ponitur*, *Iren. L. II. adv.* Hæreſ. c.

XLVI

*XLVI. Legitima & ſine periculo eſt Expoſitio Scripturæ* SECUNDUM IPSAS SCRIPTURAS. Id *L.IV.c. LXIII.*) Rom. XII, 6.ʼ Qvæ dicta innuunt *Hermeneuticæ ſacræ Principium, Modum* & *Objectum*, nempe Scripturam, earundem perpetuam collationem ſive Harmoniam, qvam fidei analogiam
S. vocavimus, &c. Et hæc dicitur
Q. Theologia Exegetica; qvæ Philoſophiæ ac Philologiæ, ſacræ famulitium reqvirit.

XII.

*Scriptura eſt utilis ad* ἐλέγχον, 2. Tim. III, 16. *ut* Theologus *poſſit* τὰς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν, Tit. I, 9. *ipſiqve os obturare*, Matth. XXII, 34. Qvæ Theologiæ pars propterea *Elenchtica* & (2. Tim. II, 3. Eph. VI, 11.) *Polemica*, à Papiſtis *Controverſiſtica*, à multis *Academica & Scholaſtica* vocatur, Cum verò Elenchus κατ᾽ ἀλήθειαν & κατ᾽ ἄνθρωπον inſtituatur

& defendens.

tur, ratione prioris ſimpliciter neceſſe eſt, intelligere *Scripturas*, præcipue *in fontibus*: ratione poſterioris autem reqviritur, ut *adverſarios ipſos*, Gentiles, Philoſophos, Judæos, Scholaſticos, &c. legeris, & in Philoſophia non rudis ſis. Cæterum hæc tria Theologiæ Theticæ, Exegeticæ ac Polemicæ Munia ſimul complectitur *Homiletica*, juxta 2. Tim. III, 16.

XIII.

Ex SCRIPTURA, in Legem & Evangelium diſtincta,

Principium revelatæ Theologiæ hodie eſt *Sola Scriptura Sacra*, non *Ratio* (1. Cor. II, 7. 14. 1. 22. ſeqq. 2. Cor. X, 5. Coll. II, 8.) Humana: nec *Angelorum* aut *animarum* ſeparatarum (Gal. I, 8.) Col. II, 18. Luc, XVI, 29, 2. Cor. XI, 14.) Colloqvia: nec *Traditiones* (Joh. XX, 31. 2. Tim. III, 15. 16. 17. Gal. I, 8.) non ſcriptæ, nec *Eccleſia* (vid. de h. l. & ſq. §. XV.) nec qvicquam *aliud* (conf. Act. XXVI, 22. XX, 27.) exiſtit. *Non* enim *ſapere* *debe-*

P. C. S. J. W M. F. qva Ath NO.

*debemus ultra id, qvod ſcriptum eſt*, 1. Cor. IV, 6. *Caro & Sangvis non revelat, ſed Pater*, Matth. XVI, 17. *Habent Moſen & Prophetas*, Luc. XVI, 29. *Si Angelus etiam de Cœlo aliud prædicaverit Evangelium, qvam prædicatum eſt, anathema ſit.* Gal. I, 8. Vid. omninò *Richer. Apolog. pro Gerſon. f.* 10. 11. *Ad Legem & Teſtimonium* (i. e. Evangelium Conf. Act. X. 43.) Eſ. IIX, 20. Hæc enim διχοτομία totius Scripturæ eſt. *Legis ſumma eſt*: FAC hoc Gal. III, 12. Luc. X, 28. *Evangelii* verô: CREDE IN DOMINUM JESUM, Act. XVI, 31. Rom. X, 9. Unde *Evangelium* ſtrictè (pro *læto nuncio*) acceptum, *non eſt concio poenitentiæ* μερικῶς dictæ. (Vid. Hutter. *in F.C. f.* 461. *ſeqq.*) 2. Cor. III, 6. ſq. Legis autem triplex uſus (*Politicus* reſp. indomitorum, 1. Tim. I, 9. *Pædagogicus* reſp. peccatorũ Gal. III, 24. *Didacticus*, reſp.

natorum, (*α*) opera monſtrando, (β) eorum imperfectionem arguendo, (γ) Veterem in renanatis Adamum, ne Spiritui S. reſiſtat, & ſegnior in ſtudio bonorum operum ſit, excitando) ex F. C. f. 594. ſeq. 717. ſq. *Hutter.* in F. C. f. 485. ſeq *Carpzov.* Iſag. f. 1367. &c. notus eſt.

XIV.

qvæ θεόπνευστος,

*Spiritus S. inſpirati & acti* (Φερόμενοι] *locuti ſunt ſancti Dei homines*, 2. Petr. I, 21. Unde *πᾶσα* γραφὴ 2. Tim. III, 16. dicitur θεόπνευστος, i, e. *ſcripta à Sp. S.* juxta verſion Syr. Qvô ſenſu *Lingva Davidis* erat *calamus Scribæ velocis*, Pſ. XLV, 2. qvia Sp. S. lingvâ Davidis, inſtar calami, utebatur) adeoqve à Spiritu S. *inſpirata* qvoad *ſenſum* non tantùm, (1. Cor. II, ult.) ſed etiam qvoad *literas* (minimum *Jota* & apiculum, Matth. V, 18. Luc. XVI, 17.) imò & impiorum voces (*Athan.*

Q. P.S Sy- C.

Dial.

no. Dial. III. de Trinit. Tom. II. Opp. f. m. 190. A.) ibi recitatas, non adprobatas. *Verbô*: inſpiravit Sp. S. Scripturas κτ̀ τὸ πῶς καὶ τί, Matth. X, 19, ſeq. 2, Sam. XXIII. 2, Nam ſpiritus S. קבץ *comportavit* ea, ſcilicet ספר יהוה *librū Jehovæ*, & qvæ in eo ſunt. Jeſa. XXXIV, 16.

XV.

Eſt enim Mens Domini (1. Cor. II, ult.) tanqvam primæ ac independentis veritatis: (unde liber Jehovæ, exaratus dicitur בכתב אמת *Scriptura Veritatis Dan. X, 21*) *non ullius hominis*, cujus verbum αὐτόπιςον nō eſt. Qvam oppoſitionem fecit Apoſtolus, 1. Theſſ. II, 13. E. hæc perfectio αὐτοπιςίας non dependet ab Eccleſia, qvæ ipſa potiùs dependet a Scriptura. Βεβαιότερος *eſt ſermo Propheticus etiam lumine Taborio & ipſâ αὐτοψίᾳ* 2. Pet. I, 19. faten

in αὐτόπιςος,

P

te *Banneſio*, qui ait: *Ecce firmior eſt ſermo, qvam teſtimonium viſûs & auditûs 2.2.q.1. Art.1.Concl. III.* Nec enim *dijudicare poſſum, qvæ ſit vera Eccleſia: niſi prius judicem, qvæ ſit ſententia congruens cum Verbo Dei. Bell. L. III.* de V. D. c.III. *Prius eſt ſimpliciter habere fidem, qvam credere, Eccleſiam eſſe infallibilem regulam. Banez. l. c. Concl. IV. Ex Scripturis, qvæ Propheticis ac Apoſtolicis literis continentur, nihil eſt* NOTIUS *nihil* CERTIUS, *ut* ſtultiſſimum *eſſe neceſſe ſit, qvi illis fidem eſſe habendam neget. Bell. V.* T. L. I. c. XI. Summa: *Spiritus* (S.) *teſtatur* (certitudine ultimatâ, infallibili, ac divinâ) *qvod Spiritus* (ſcriptura) *ſit veritas,* 1. Joh. V, 6. *Unctio* (Sp. S. qvô uncti ſunt fideles) tanqvam verax & ſine mendacio, *teſtatur* (per internam in corde *obſignationem,* 2. Cor. I, 21, 22. Ioh. III, 33.) *ac docet*

*nos*

*nos de omnibus, ut non neceſſe habeamus à qvopiam doceri*, c. II, 27. Verbo: *Scriptura ipſa eſt ſibi teſtis, qvod ſit vera ac divina. Bellarm. L. I. de* V. D. *cap. II.* Bannez. *Eccleſiam eſſe Regulam infallibilem proponendi & explicandi veritates fidei; non poteſt reduci ad autoritatem ipſius eccleſiæ.* Hoc enim eſſet idem per idem confirmare: ſed neceſſe eſt reducere hunc aſſenſum ad teſtimonium Spiritûs S. inclinantis per lumen fidei ad hoc credibile: Eccleſia non poteſt errare. 22. q. 1. Art. I. Concl. IV. fol. 12.

## XVI.

P. Non duplici ſenſu (*qvem Sp. S. primò intendit*) *literali. Infantes* enim *intelligunt* (2. Tim. III, 15.) Scripturam, qvæ (l. c.) *hominem poteſt* σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. *Conf.* Pſ. XIX, 9. Aſt πᾶν πολλαχῶς λεγόμενον ἀσαφές. Deus non æqvivocat, uti ὁ λοξίας, in

ora-

Una

oraculis ſuis, qvæ propterea ipſe *Plutarchus de Orac. Def. ab initio* ἀσαφῆ appellat. Aliàs Scriptura non eſſet perfectum Dei verbum. Vid. omninò Bonfrerium Jeſuit. *in Pentatevch. fol. 1. Ad perfectum* enim *verbum elocutio & intellectio reqviritur*, juxta eund. Et ſane, *Si tuba* cœleſtis *incertum ſonum ederet, inutilis foret*, 1. Cor. XIV, 6. ſeq. Nam τὸ μὴ ἓν τι σημαίνειν ȣ̓δὲν ἐςι σημαίνειν Ariſt. L. III. Methaph. c. IV. & *ex ſolo ſenſu literali firma duci poſſunt argumenta. Nam eum ſenſum, qvi ex verbis immediatè colligitur, certum eſt, eſſe ſenſum Spiritus S. At ſenſus Myſtici & ſpirituales varii ſunt, & licet ædificent, non tamen ſemper conſtat, an ſint à Spiritus S. intenti, Bell.* L. III. de V. D. c. III. *Is* enim *ſenſus ſanus & ſine periculo eſt, qvi aperte & ſine ambiguo ipſis dictionibus in Scripturis ponitur,* Iren. locô ſupra §. XI. *ex*

*L.*

*L. II. c. XLVI.* citata. Monſtrum igitur eſt recens illa *Theologia* (uti vocatur) *Hypothetica*, qvam ex Judaico principio (*qvaſi ſc. verba & voces hoc actu ſignificarent ubique, qvod ſignificare poſſunt*) adornavit *Joh. Coccejus* in perniciem Eccleſiæ, & perverſionem verbi divini: qvod hâc ratione in πανσπερμίαν *Anaxagoræ, qvidlibet ex qvolibet conficiendi*, convertitur. Cum tamen *Scriptura S. non ſit vaga imago qvamlibet interpretationem aut diphanum qvodlibet lumen admittens*, ut acutè loqvitur B. *Dannh. Hermen.* fol. 49. ſq. Conf. contra Coccejum ex profeſſo *Hulſii. diſpp.*

XVII.

Non ἰδία ἐπιλύσει, 2. Petr. I, 19. *ſed juxta* ἀναλογίαν πίστεως (*i. e. ſibi ubiqve conformiter*, ſeu juxta perpetuum ſui concentum) Rom. XII, 6. exponenda eſt Scriptura.

ptura. Eſt enim vera, imò *veritas ipſa* Joh. XVII, 17. adeoqve ſine ullo mendacio ſcripta: quia *Deus mentiri ac decipere neqvit*, Ebr. VI, 18. 2. Tim. II, 13. Jac. I, 17. Num. XXIII, 19. *Et Spiritus veritatis* amanuenſes ſacros *in omnem veritatem* duxit Ioh. XVI, 13. *Vid. Canum* LL. CC. L. II. c. III, ubi oſtendit: *Deum nec per ſe, nec per alios fallere poſſe.* Non dantur ergò in Scriptura veræ contradictiones, ſed tantum ἐναντιοφάνειαι per ſcripturam conciliandæ. *Vid. Aug.* de Conſ. Evangeliſt.

## XIIX.

Bona

Bona eſt (I) perfectione, *perfectum reddens* (etiam ipſos Doctores, qvantò magis ſimplices) *in fide ac moribus, ad ſalutem, & ad omne opus bonum*, 2. Tim. III, 15 ſeqq. coll. Ioh. XX, 31. *His verbis Apoſtolus OMNIA complectitur, qvæ ad ſalutem ſunt neceſſaria,*

Laur.

*Laur. Villa Vincentiꝰ de Rat. Stud. Theol. Lib. I. c. III.* conf. *Eſpenc. in h.* ubi ait: *SS. LITERÆ ad ſalutem erudire & SUFFICIENTER doctum reddere valent* NON SCRIPTA *introducere, argumentum infidelitatis appellat Baſilius Serm. de Fide. Hoc prius credimus, non eſſe,* QUOD ULTRA *credere debeamus. Tertull. Præſcr. fol. m.* 89. Ergò traditionibus nec uti debemus nec indigemus, Conf.

P. §. XX. (II) Lumine, tanqvam *lucerna*, 2. Pet. I. 19. *In Scriptura clariſſima teſtimonia ſine dubio ante ponenda ſunt omnibus Conciliorũ Teſtimoniis Bellarm.* L. IV. *de* V. D. c. XI. (III.) Certitudine, ut *norma*, Eſ. IIX, 19. 20. *ac regula* Pſ. XIX. 5. ſive *Canon*. Gal. V, 6. Phil. III, 16 Junge omninò 2. Cor. X, 13. 14. 15. 16. *ubi Eſtius in h. l.* fol. 507. Scripturam intelligi fatetur. *Qui Canon* dat Libris *Canonicis* denominationem. Illi enim *ſoli* ſunt *Canon fidei ac morum* &c. (IV.)

Vir

Virtute. Eſt enim ſalutatis tanqvam *potentia Dei ad ſalutem omni credenti*. Rom. I, 16. Conf. Joh. V, 30. cujus *fidem accendit verbum*, Rom. X, 17. Unde non eſt litera mortua, ſed *vivus ſermo Dei & efficax*, Ebr. IV, 2. Vid. *Calov. h. l.* utpote, *ſemen incorruptibile, ex qvo ſpiritualiter renaſcimur*, 1. Pet. I, 23. Semen, qvod intrinſecâ vi vivificandi præditum non eſt, ne ſeminis qvidem nomine dignum eſt,

XIX.

Adeoq; Carol-lica eſt.

Sive ab ominbus legenda. *Scrutamini Scripturas*, Joh. V, 39. Ἐρευνᾶτε *eſt imperativus*; fatente Tirino. Sit *Indicativus*; hoc ſtudium tamen (cum cura legendi ſeu ſcrutandi) in Laicis etiã ſeu promiſcuâ plebe, tum in templo congregatâ, Chriſtus laudavit. NB. *Ne dicas* (igitur) RELIGIOSORUM *tantum eſt legere ſcripturas. Cujuslibet enim Chriſtiani eſt eorum*

*rum MAXIME, qvi in hoc mundo verſantur*, *Theophylact.* in c. VI. Eph. *Conf. Eſpenc.* Comm. in 2. Tim. Opp. fol. 400. ſeqq. *Qvi à Sacris literis legendis arcet homines, in qvibus Leges Dei ſcriptæ ſunt, exleges, & NB, filios Belial efficit homines. Salmero* T. I. Prolog. VII. fol. 70. b.

XX.

Patefacta à DEO.

Nam ὁ θεός ἐλάλησε, Ebr. I, 1. 2. unde VERBUM DEI Joh. XVII, 17. & πᾶσα UNIVERSA *Scriptura* θεόπνευςος, qvi non tantùm SENSUM *inſpiratum*, ſed LITERAS qvoqve *Divinitus* DICTATAS ſive non niſi ἱερὰ (i. e. divinitus etiam ſuggeſta) γράμματα, Literas ac Syllabas habet, (*Divinæ* enim *Literæ* non ratione figuræ, ſed *ratione divinæ ordinationis* ſeu *dictaturæ* (dicuntur) 2. Tim. III, 5. appellatur. Cæterum *revelatio* πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως *olim facta eſt per Prophetas* (in V. T.)

*ul-*

*ultimis vero diebus* (N.T.) *per Filium*, Eb. I. c. tùm ipſum, tum ejus Apoſtolos, qvi *nobis quæ ſunt certiſſimæ fidei* (διήγησιν περὶ τῶν πεπληροφορημένων πραγμάτων) *tradiderunt*, Luc. I, 1. 2. ſeqq. *Et hanc ſolam Traditionem* à DEo per Scripturas factam, in *ſalutis negotio* fideiqve dogmatibus veneramur. P.

XXI.

*Nondum apparuit, qvales futuri ſumus*, 1. Joh. III, 2. 3. *nec in cor hominis aſcendit, qvalia gaudia præpararit nobis Deus*, 1. Cor. II, 9. & Apoſtolus in tertio cœlo audivit ἄῤῥητα ῥήματα, 2. Cor. XII, 4. Si (colligendo à magis ad minùs) nec vita qvidem æterna à nobis definiri poteſt, multo minus DEUS. Si enim poſſet hic, poſſet etiam illa. At Deus eſt incomprehenſibilis: *Lumen inacceſſum* (1 Tim. ~~IV~~ VI, 16.) *inhabitat*; genere propriè dictô, ac inferioribus deſtitu-

in definibili. Ph. V. Sch.

ſtituitur: nec conceptum obje-
ctivè univocum ((vid. *noſtr. Bre-
viar. Euſtach.* 506. fol. ſeqq. Q.
XIX. Metaph.) cum ullo Ente
communem habet.

XXII.

Ath *Exiſtentia* Dei ex *Natura & Scripturâ* innoteſcit. Τὸ γνωϛὸν qvi
S τȣ̃ θεȣ̃ *Gentibus manifeſtum eſt*, EST
Q. Rom. I, 19. ſeqq. Act. XVII, 27.
Sch Qvi *Naturæ Liber* duobus qvaſi
foliis *Scientiæ* (juxta Viam *Cauſa-
litatis*, Rom. I. 20. Act. XIV, 15. *E-
minentiæ*, Pſ. *XCIV*, 9. ſeqq. *Nega-
tionis* Num, *XXIII*, 19. Pſ. L, 13 21.
Job. *XXII*, 3. 4.) *ac Conſcientiæ*
(Rom, *II*, 15.) abſolvitur. CRE-
DENDUM etiam *eſt*, QVOD DEUS
SIT, Ebr. *XI*, 6. *Creditur* autem *ex
Scripturâ: Scitur* ex *Naturâ*.
Ex hâc ſecundùm *Eſſentiam*, ex
illa ſecundum *Perſonas* etiam
ac *Oeconomicam Voluntatem*.

XVIII.

*Deus eſt Spiritus*, Joh. IV, 24. Spiri-tus

B *Spi-*

*Spiritus verò Carnem & Oſſa non habet.* Luc. XXIV, 39. Adeoque Deus corporeus non eſt, ſed ab omni Corporeitate ac Materialitate alienus eſt, Qvando igitur *Membra Corporis* Ipſi tribuuntur, valeat Regula *Damaſceni*: Τὰ ἀνθρωποπαθῶς λεγόμενα, θεοπρεπῶς (i.e. συμβολικῶς, & ὑψηλοτέραν διάνοιαν habentia) νοῆται L.I.O.F. c. XIV. Qvod facit etiam *Paraphraſis Chaldaica* ſuô illo conſvetô: דברה תורה בלשון בני אדם i.e. *Loqvitur Lex More humano.* Vid. *Flac.* in Clavi & *R. Majem* M. N. cap. XXXVII. ſeqq. nec non, cum Iudicio, *Bohlii Regul. Ruſtic.* Qvando verò qvidem *Patres* Deum vocârunt CORPUS, per hanc Vocem *Eſſentiam* tantùm *veram, realem, durabilem*, non corpulentam intellexêre. Vid. Petav. *Dogm. Theol. L. II. c. I.*

Anth.

XXIV.

Tanqvam *mera Eſſentia* יהוה J. Pſal. XXX, ut. Eſ. XLII, & אהיה R. אשר אהיה, Ex. III, 13. ſeq. cui M nihil Extraeſſentiale admixtum. Ph. Gaudet enim Simplicitate eſſentiali, ſine ullâ realis *Compoſitionis* Umbrá, *Logicæ* puta, ex Genere & differentiâ.) *Phyſicæ*, (ex Materiâ, Formâ, Subjectô & Accidente, tam perfectivô; qvam corruptivo) & *Methaphyſicæ*, vel ex *Eſſe* & *Eſſentiâ*: ex Naturâ & Suppoſitô, potentiâ & Actu, Subjectô & Attributô. Vide Scheibler. *Metaph. L. III. c. III. à fol. 503. ad 518. Perſonæ* qvidem *realiter*. ſed *non eſſentialiter* differunt, qvia in UNA Numerô Eſſentia UNUM ſunt. 1. Joh. V, 7. Unde Juſtin. Martyr *Tom. III. q. cxxix*. Perſonarum Συνύπαρξιν, non verò Compoſitionem dicit. Conf. Petav. T. I. L. II. c. IV.

XXV.

incorruptibilis ac immortalis

Deus eſt ἄφθαρτος, 1. Tim. V.
I,17. *absqve ulla umra τροπῆς,
aut παραλλαγῆς ſive transmutati-
onis*, Jac. I, 17. *Solus Deus immorta-
litatem habet*, 1. Tim. VI,16. qvia
ſolus omnimodam, citra omnem
deſtructibilitatem *internam, ex-
ternam*) *& a ſe ipſo per naturam
independenter* (absqve initio & fi-
ne) habet.

XXVI.

immenſus,

*Magnitudinis ejus non eſt finis*,
Pſ. CXLV, 3. *Infinita divinitas &
incomprehenſibilis, & hoc ſolum e-
jus eſt comprehenſibile, qvòd infi-
nita ſit & incomprehenſibilis.* Da-
*maſc.* L. I. O. F. c. IV. Ariſtoteles
verò Deum *immenſum* vocare ma-
vult, qvia infinitum ac finitum, ju-
xta eundem, non niſi in qvantitate
dicitur.

XXVII.

omnipræſens

*Qvo ibo a Spiritu tuo?* Pſalm.
CXXXIX, 7 ſeq. *Deus enim in cæ*

*le*

*lo ac terra ſimul eſt*, Joſ. II, 11. ita *ut cœli cœlorum capi neqveat*, 1. Reg. IIX, 27. *Sublimior*, qvippe *cœlo, profundior inferno, longior terrâ, latior mari*, Job. XI, 8. ſeq.
Q. & Nuspiam (præſens adeoqve
Sch futurus etiam *in ſpaciis imaginariis*, ſi ea alicubi forent; Unde non niſi exiſtentibus creaturis omnipræſens dicitur.) Absens, Jer. XXIII, 23. Act. XVII, 27. ſed
Car. *ubiq; repletivè* (qvicqvid tricentur *Carteſiani* cum *Wittichio* Theol. Pacific. fol. 207. qvi tamen concedit tandem *Ubi repletivum, ſine excluſione corporum*. At nec nos aliter intelligimus) *Præſens*, Jer. XXIII, 24. Modus igitur omnipræſentiæ divinæ eſt *repletivus*, non expanſivus, diffuſivus, incluſivus, excluſivus.

XXXVII.

S. Eſt enim אל עולם, Gen. XXI, 33. Eſa. XL, 28. *à ſeculo* (à parte antè) & *in ſeculum* a parte

ſolus æternus & ſine Succeſ.

ſione Durationis,

te poſt ) *exiſtens*, Pſal. XC, 2. *ſine ſucceſſione* Jacob. I, 17. *aut* שנוי ſeu *mutatione* (etiam durationis. Modus enim durandi ſeqvitur modum eſſendi ) *ulla*, Mal. III, 6. Vide omninò *Coll.* noſt. *Anti-Socin.* fol. 48. ſeqq. Sicut enim *Tempus* eſt *Duratio ſucceſſiva mobilium*, ſive ſolorum corporum; ita *Ævum* eſt *duratio immobilium* qvidem, ſed *ſucceſſiva*, utpote Spirituum finitorum: *Æternitas* verò eſt *duratio entis immobilis ſine ulla ſucceſſione*; adeoqve ſolius Spiritûs increati. Deſcriptio æternitatis *Boëtiana* L. V. de Conſolat. Proſâ VI. enucleatur poſt alios à *Radâ* P. II. controv. IV. fol. 105. ſeq.

XXIX.

Omniſcius,

Deus Novit Omnia, I. Joh. III, 20. coll. Ebr. IV, 13. *Cogitationes*, Ezech. XI, 5. Pſ. CXXXIX, 1. ſeqq. (adeoq; etiam entia rationis à creaturis ficta. Deus enim nullâ

G nulla facit, qvia nihil fingit,) & c.s. *minutiſſima*, Matth. VI, 30. coll. V 28. 29. 32. X, 29. ſeqq. *etiam ſub* R. *hypotheſi, contingibilia* (utut actu nunqvam futura, Matth. XI, 21. 1. 1. Sam. XXIII, 22.) necnon *futura, actu qvondam contingentia*, Eſ. XLI, 23. *Scientia* igitur *Media* (vel potiùs mediante conditione conſiderata, non qvaſi inter ſcientiam Viſionis ac ſimplicis intelligentiæ mediet,) rectè expoſita (ut ſcil. nec *libertatem humanam* ſupponat, nec inferat; nec illi *gratiam divinam* ſubordinet) non neganda eſt. Præſcientia divina eſt *infallibilis* qvidem, ſed non *neceſſitat*. Peccata, præſcit, qvorum tamen autor non eſt. Ut *poſtſcientia* non facit *præteritum*, ita *præſcientia* non eſt cauſa *futuri*.

XXX.

*Apud Deum non eſt impoſſibile ullum ῥῆμα*, Luc. I, 37. i. e. דבר Omnipotens.

Jer. XXXII, 17. coll. Zach. IIX, 6. Objectum ergò omnipotentiæ eſt *ῥῆμα*, דבר, *poſſibilis rationem habens* (NB, *Impoſſibile* enim ſub nullam potentiam cadit, ſicuti nec *inviſibile* videri poteſt) ſeu, NB. *quod fieri à Deo contradictionem* (à parte Dei, & Rei) *non involvit*. Qvæ autem in *actu exercito* ſint Deo poſſibilia, intellectus humanus non capit, Eph. III, 20. 1. Cor. II, 7. 11. 14. ſeq. 2. Cor. x, 5. Luc. V, 26. 1. Cor. I, 23. Is enim *ſibi relictus*, myſteria *& materialiter* & *formaliter implicare contradictionem* judicat. Vid. *B. Gerh*. Exeg. Loc. II, de Deo §. 98. fin. loc B. *Hülſemannus* intellexit, dicens in Vind. Locor. Script. *Deum poſſe contradictoria materialiter ac formaliter*, ſcilic. cæcæ rationis judicio *talia*. Qvod *Theologo, maſtiges* notent. Eodem pacto *Bonaventura* ait: *Deum poſſe facere*

*cere omne impoſſibile ratione noſtri intellectus.* Vide omninò in *h.l. Trigoſum fol.* 782. Cæterùm omnipotentia, qvæ dicitur aliàs *potentia abſoluta*, eſt *irreſiſtibilis*: *Ordinatæ* verò homo reſiſtere poteſt, uti voluntati ordinatæ. Vid. §. XXXII.

## XXXI.

*Nemo bonus* (ſummè, infinitè, independenter) NISI DEUS, Marc. X, 18. (Unde eſt αὐταγαθός. Vid. *Aut*. L. IX. de Trin. c. III. Qvâ voce omnia Dei attributa comprehendi poſſunt) *Bonus Dominus*, Pſ. XXV, 8. coll. LXXXVI, 5. *Omnis bonus fons*, Jacob. I, 7. *non niſi* BONUM & BENE, πάντα καλῶς Marc. V, I. 37. *faciens*, adeoqve nec mali culpæ cauſa, nec per ſe, nec per *accidens* exiſtens. *Ne dicas, per Dominum factum eſt, ut deficerem: Nam qvæ odio habes, ea non fa-*

ſummè bonus.

Vh. W. A. C.S Ph.

*ceres. Ne dicas, ipſe finxit me* (peccatorem,) *nam non opus habet Viro peccatore, omnem rem abominandam odit Dominus*, Sir. XV. 11. 12. 13.

XXXII.

Volun-tate.

*Fiat voluntas* ( gratioſa ) *Tua*, St. Matth. VI, 10. *Deus fecit, quæcunque voluit*, Pſal. CXV, 3. *Voluntati ejus* ( abſolutæ, omnipotenti) *qvis reſiſtet*? Rom. IX, 19. Eſ. XLVI, 10. *Ordinatæ* enim ſive Oeconomicæ malitiæ hominum *reſiſtere poteſt*, Act. VII, 51. Conf. Luc. VII, 30. Matth. XXIII, 37. Eſ. LXV, 12. LXVI, 4. *Meiſn. Anthropol.* Diſpp. XII. De Voluntate antecedente ac conſeq. vid. §. XXXV. Vult autem tantùm bonum, *non volens iniqvitatem*, Pſal. V, 5. *qvam* tanqvam ſummè bonus *velle non poteſt*, Deut. XXXII. 4, Jac. I, 13.

XXXIII.

*Vivo ergo; nolo mortem peccatoris*

*toris*, ſed *ut convertatur & vivat*, Ez. XXXIII, 11. *Deus* enim *non eſt homo, qvi mentiatur*, Nũ. XXIII, 19. aut ſit δίψυχος: qvin potius eos, qui ולב בלב *duplici corde loqvuntur*, deteſtatur *ac punit*, Pſal. XII, 3. ſeqq. coll. Matth. XV, 7. 8. Pſal. XXXIV, 14, V, 10. L, 19. LII, 5. 6. Matth. XXIV, 51. C. Pſ. V, 7. Apoc. XXI, 8. Ergo non agnoſcimus *Voluntatem ſigni* ac *beneplaciti*, manifeſtam & occultam, ita, *ut ſibi contrarientur*. Eſſet enim hoc ex Deo fallacem, mendacem ac hypocritam facere, qvod blaſphemum. Vide qvam ſcurriliter τὸ SERIÒ exponant Calvin. ap. Epiſcop. *Tom. II. Oper. Part II. fol. 38.*

XXXIV.

St. *Deus eſt miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis*, Ex. XXXIV, 6. 7. *Conturbantur omnia viſcera mea, ut omninò tui miſerear*, Ier. XXXI, 20. Qvæ

Miſeri-
cordis,
ſimaq;

miſericordia tamen *ſine* omni hu- V
manorum *affectuum mixtura*, aut R.
perturbatione conſideranda ve- S.
nit. Eſt alias *maxime* (Num. XIV, 18.) 2. Sam. XXIV, 14. Dan. IX, 18.) *ardentiſſima*, (Hoſ XI, 8.) *æterna*, (2. Paral. V, 13.) *ſine fine*, (Threnor. III, 22.) imò *tanta quantus Deus* (Syr. II, 23.) *ipſe* eſt. Exercet autem eam erga miſeros *rectè coram Deo ambulantes*, 1. Reg. VIII, 23. non præfractos, contumaces, ac in tractabiles, qvibus *iraſcitur*, Coll. II, 16. coll. I. Rom. I, 18.

XXXV.

Omnibus ſeſe communicans;

*Omne* enim *donum optimum deſcendit à Patre luminum*, Jacob. I, 17. & *Deus vult* (Voluntate NB. *antecedente* ſive miſericordiæ, qvæ qvidem omninò (ſed ut 1. tantùm ſit *conditionata*: & 2. non niſi *à prima vocatione per Evangelium* ab hominibus vel receptum vel rejectum, *incipiat*,

ap-

ap. B. Hülſem. Op. poſth. fol. 86. ſeq. ) admittenda, *Vid. Orig.* L. IV. c. Celſ. *Chryſoſtom.* Homil. in Eph. I. *Hieron.* in h. l. *Damaſc.* L. II. O. F. c. XIX. *Conf. Eſt.* 1. Diſt. LXIV. §. 8. & Comm. in 1. Tim. II, 4. cum *Juſtian. Eſpenc. Cornel. à Lapid.* in h. l. it. *Anſelm.* L. de volunt. ) OMNES *Homines ſalvos fieri*, 1. Tim. II, 4. 5. NEC ULLUM *perire* ( qvod durum eſt flectere ad genera ſingulorum. Et illud certè: *non vult mortẽ peccatoris*, repugnare videtur; cum mors nõ poſſit conſiderari in generibus ſingulorum. Et Pauli inſtitutũ ſeorſim abit. Jubet enim orare non pro ſingulorum generibus; ſed pro ſingulis generũ &c. *Cham. T. III. Panſtr. L. VII. c. VI. §. 8. ſeqq. fol. 105.* ) 2. Pet. III, 9. Qvi *Chriſtus pro omnib9* ( ex miſericordi voluntate ſive amore Dei, Joh. III, 16. ) 2. Tim. II, 6. *etiam eis, qvi pereunt*, 2. Pet. II, 1. *mortuus*

*eſt*. Unde id etiam REPROBI, niſi (voluntate conſeqvente, ſeu juſtitiæ vindicativæ) damnari velint, credere tenentur. Ideò enim *damnantur, quia hoc non credunt* Joh. III, 18. Qvod ſi verum non eſſet, damnarentur ideò, qvia mendacio non, credidiſſent, qvod abſurdum. Vid. *Acta Dordracen. Remonſtrant.* ad Art. II. de morte Chriſti.

XXXVI.

Severa autem neceſſarió puniens.

Et juſtus eſt Deus, & neceſſariò ei juſtitia punitiva competit. *Juſt9 eſt Jehova & recte omnia judicia ejus*, Pſal. *CXIX*, 137. adeoq; *juſtus judex eſt*, Pſal. *VII*, 12 *IX*, 5. & *juſtus in omnib9 viis ſuis*. Pſ. *CXLV* 7. coll. Exod. IX, 27. 2. Sã. XXIII, 3. Δικαίωμα τῦ Θεῦ, *qvod malefici digni ſint morte, naturâ gentibus notum eſt*, Rom. I, 32. Ergò illud jus naturale DEO eſt, non verò liberum ſive arbitrarium. *Impietas*, inqvit ipſe Crellius, *ſuâ*



*natu-*

*naturâ Deo eſt odio, & ad iram exſtimulat*. L. de Deo & atrib. c. XXX, fol. 302 *Vid. Coll. Anti Socin.* fol. 60. ſeq. & repete præced. §. XXXI. ſeq.

XXXVII.

*Dominum* (enim) *Deum tuum adorabis* καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, (IPSUM SOLUM LATRICE COLES) Matt. IV, 10. ſeu δουλεύσεις תַעֲבֹד (DULIA RELIGIOSA IPSI SOLI SERVIES,) Deut. VI, 13. Qvod verbum per δουλεύειν LXX. interpp. CXIX. locis exponunt, v. g. ἐδούλευσεν ὁ λαός τῷ κυρίῳ. Jud. II, 7. &c. Imò ipſe Spiritus S. Θεῷ δουλεύειν Luc. *XVI*, 13. dixit: Et ſæpius DEO δουλείαν qvàm λατρείαν tribuit. Hæc enim in N. T. XXX. tantùm, δουλεία, v. XXXIX. de Deo legitur. Evaneſcit igitur Papiſtica inter religioſam δουλείαν & λατρείαν diſtinctiuncula, *In quem non credimus, illum*

Solus religioſé colendus.

G. P.

*illum non debemus invocare*, Rom. X, 14. In Sanctos non credimus. Ergò. Non licet δουλεύειν τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς, (qvi non ſunt NATURA DII, ) Gal. V, 8. Ergo ſanctos, qvia non ſunt naturâ Dii, non licet religioſâ duliâ colere. Vide de adoratione imaginum, ſub qvibus ipſe Dæmon latet, ap. *Vaſq. de Adorat.* allegatum *infrà* §. *CLIII.* ubi poteſtatur contra hanc reſtrictionem; Weñ du nicht der Teufel biſt / ſo bete ich dich an. Similiter *Gretſerus T. III. de Cruce c. III.* non erubeſcit defendere hanc adorationem Mappæ, qvæ in Abbatia Fontenſi monſtratur: SANCTISSIMA DEI MAPPA, ORA PRO NOBIS.

## XXXIIX.

Tq. μονο ούσιος.

*Deus Jehovah* (qvoad eſſentiam, UNUS *eſt*, *Deut.* VI, 4. Unde *nobis unus* (eſſentialiter) *eſt Dominus*; *omnibus, adeoq; mul-* G.

*tis Dominis ac Diis oppoſitus*, 1. Cor. IIX, 6. 5. Et qvia ſic unus, ideò UNICUS, Eſ. XLIV, 6. 8. & SOLUS VERUS DEUS. Joh. XVII, 3. eſt. Unus, inqvam, *eſſentiâ* adeoqve *numerô*. Eſſentia enim ejus eſt numerô (non qvantitativo, ſed entitativo) una; unitate *ſingulari* ſed *communicabili*, conſeqventer *non individuâ*. Eſſentia enim individua non poteſt communicari tribus realiter diſtinctis Perſonis. *Individuum* ſanè *Ariſtotelicum eſt Subſtantia ſingularis* μονυπόςατος Ergo Deus individuum tale non eſt. De nullo autem alio Philoſophia novit. Qvi itaqve Deum tale individuum appellat, non tantùm *Compoſitionem* in DEO ex *natura* & *ſuppoſito* ſtatuit (ap. Scheibler. *Metaph. L II. fol.* 508.) ſed etiam in *Sabellii* caſſes incidit. Unde B. Hülſemannus; *Qvi cogitat & invo-*

*invocat Deum tanquam Unam, ſingularem* & INCOMMUNICABILEM ſeu INDIVIDUAM ESSENTIAM, *non invocat verum Deum*, Brev. Suppl. c. II. §. II. conf.

§. XI. Porrò: *Perſona* eſt *intellectualis naturæ individua ſubſtantiæ*, juxta Boet. Ergò ſi *divina eſſentiæ* eſſet individua, eſſet omninò intellectualis naturæ individua ſubſtantia, conſeqventer etiam *perſona*. Unde qvatuor perſonæ forent admittendæ, qvod hæreticum. Qvare *Theorianus* in Legat. ad Armenos teſtatur, *cùm exteri* (profani, gentiles) *ſapientes uſiam unam numero pro individuo habuerit: divinos Patres iſtud* (loqvitur de Deo *nō admittere, unam qvidem uſiam* (non individuam) *hypoſtaſes verò tres profeſſos* Conf. *Petav. L. IV.* de Trinit. c. 1. Et apud *Anaſtaſium Sinat.* c. VI. ὁδηγȣ̃ *Scholiaſtes* oſten-

oſtendit: *Sabellium ideo erraſſe, qvia οὐσίαν in Deo pro individuo* (ſeu, ut loqvitur Petavius l. c. *pro ſubſtantia ſingulari Ariſtotelica*) *habuerit* Summa: *oportet agnoſcere, qvod ſancti Patres ὑπόστασιν, individuum & perſonam idē vocarint. Damaſc* Dial. c. XXVI, οὐσία γὰρ τὴν κοινότητα (ergò non naturam incommunicabilem ſive individuam) σημαίνει. *Athan.* Dial. 1. Inqvis: *Apol. A. C. fol. 50.* eſſentiam *individuam* vocat. Reſp. Accipit vocem individui Grammaticè, ſeu (pro impartibili) non Logicè, ſeu pro incommunicabili pluribus perſonis. Philippus enim repetere voluit hæc verba A. C. [*eſſentia divina, qvæ eſt Deus incōrporeus, impartibilis*] & exponit ita: *qvod ſit una eſſentia individua, q. d. impartibilis & incorporea.* Verbo: Ab individuo impartibiliter ad individuum *μονυποστάτως* N. V. C.

XXXIX.

XXXIX.

τρισυπόςατος. TRES ( perſonaliter diſtincti, ſunt TESTES *in cœlo* ; PATER, VERBUM, (ὑποςατικόν, Joh. I, 1.) & SPIRITUS SANCTUS, & HI TRES UNUM (eſſentiâ) *ſunt*. 1. Joh. V, 7. *Baptizate in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti*, Matth. XXIIX, 19. In Chriſti Baptiſmo apparuit *Voce Pater, Natus Corpore, Flamen Ave*, Matth. III, 16. ſeq. Luc. III, 22. Τρισάγιον Angelicum glorificat *Sanctum Patrem*, Eſa. VI. 3. *Sanctum Filium*, Joh. XII, 41. *Sanctum Spiritum*, Act. XXIIX. 25. ſeq. JEHOVA ( Pater ) *miſit* ME ( Filium) & SPIRITUS *ejus*. Eſa XLIIX, 16. Plures Perſonas arguit forma loqvendi divina UNUS EX NOBIS, Gen. III, 22. Unô numerô Sole exiſtente, non poteſt dici: *Unus ex Solibus ortus eſt*. Qvi igitur Deum tantùm μονυπόςατον agno-

ſcit

ſcit ac colit, is non verum Deum colit, ſed idololatra eſt. Talis enim DEUS, qvi ſit una eſſentia in una duntaxat Perſona, in rerum natura non eſt. Alienum ergò DEum colit contra Præceptum I. *Qvi Filium non honorat, non honorat Patrem*, Joh. V, 23. *Qvi negat Filium, ne Patrem qvidem habet*, 1. Joh. II, 23. *Qvi Spiritum Chriſti non habet, non eſt ejus*. Rom. IIX, 9. *Qvi Spiritum S. non credit, is Filium adorare neqvit*, 1. Cor. XII, 3, *Qvi ſine Chriſto eſt, planè ἄθεος eſt*, Eph. II, 12. Rectè ergò Apologia A. C. ſtatim ab initio ait: *qvi Trinitatem non credunt, eſſe Idololatras*. Vid. omninò elegantem libellum *Vedelii de Deo Synagogæ*.

XL.

PATER

Dixit Pater: *Filius meus es Tu, hodie* GENUI TE, Pſalm. II, 7. Character ergo ejus perſonalis gignes eſt

eſt *gignere* potius, qvàm *ingenitum eſſe*. Nam & Spiritus S. ingenitus eſt, qvi tamen Pater non eſt. Vid. *Danh.* Hodoſoph. fol. 186. coll. *Gerh.* Loc. de Deo c. II. §. 5.

XLI.

FILIUS GENITUS

*Filius meus es Tu, hodiè genui Te* ילדתיך, Pſal. II, 7. genui, inqvam, ex eſſentiâ meâ. Nam ילד *qvoties abſolutè, ſine addita reſtrictione, uſurpatur de generatione Perſonæ intelligentis, ab intelligente Perſona, ſemper in Scripturis veram, univocam & ſubſtantialem generationem ex gignentis eſſentia ſignificat.* Provocamus ad inductionem, Vindicias vide *in Colleg. Anti-Socin.* fol. 134. ſeqq. Unde Filius Dei μονογενὴς 1. Joh. IV, 9. dicitur. Aliàs per creationem & adoptionem Deus plures habet Filios. *At nemini Angelorum* (qvi tamen ſunt Filii Dei) *unqvam dixit:*

G. I. Vh. M. S. A.

*Filius*

*Filius meus es Tu, hodie genui Te* Ebr. I,5. *Per reſuſcitationem ex mortuis declaratus* qvidẽ *Chriſtus eſt Filius Dei*, Rom. I,4. ut inde à poſteriori conſtaret, eum eſſe illum ipſum, de quo Pſ. II,7. dictum erat, Act. XIII,33. At per reſuſcitationem non fuit genitus.

XLII.

Q. R. S. Habet enim eandem eſſentiam divinam, qvam habet Pater αὐτόθεος, *cum qvo* (eſſentia) *unum eſt* Ioh. X, 30. *Patri* ſcil. planè ἴσος, Ioh. X, 18. adeoqve *omnia* (πλὴν τῆς ἀγεννησίας *Nazianz* Orat. XLIV.) *habens quæcunqvæ Pater habet*, c. XVI, 15. conſeqventer, inſtar Patris, αὐτόθεος; id eſt, *ſe ipſo, in ſe ipſo Deus*, & *independente eſſentiâ divinâ præditus. Sicut* enim *Pater vitam habet in ſe ipſo: ita & filio* DEDIT *vitam habere in ſe ipſo*, Ioh. V, 26. τὸ IN SE IPSO, UTI PA- αὐτόθεος.

PATER, arguit Filium eſſe *αὐτόθεον*: τὸ DEDIT ſignificat (non DEPENDENTIAM, qvæ ſignificat *incipere eſſe aberratio cum alteritate naturæ*. Vid. Radam. *T. II. fol.* 416, *SED* eum eſſe qvidem A PATRE, verum *in identiate numerica naturæ*, adeoqve ut *αὐτόθεον per generationem æternam γεννηθῶς*.

XLIII.

ὁμοούσιος Patri, Per dicta præcedentia; qvia ex Patris eſſentia tanqvam *μονογενής* genitus eſt, ita, *ut Paternæ ὑποστάσεως* (i. e. eſſentiæ Paternæ per characterem filiationis. Vid *coll. Anti. Socin.* fol. 173. & *Dn. Calov.* Exam. Libb. Crell. f. 302. ſeq.) *χαρακτὴρ* Ebr. I, 3. *exiſtat*. Unde יהוה (Jerem. XXIII, 6. Eſ. LXI, 1. ſqq. coll. Luc. IV, 17 21. Oſ. I, 7. At *Nomen* יהוה *Soli Deo proprium* eſt, Eſ. XLII, 8. Oſ. XII, 6. Pſ. LXXXIII. ult.) *Θεὸς abſolutè*, (Joh. I, 1.) & *ſubjectivè* (Act.

XX.

XX, 28. 1, Tim. III, 16. coll. *Colleg. Anti-Socin.* fol. 34. ſeqq. ἀληθεινός θεὸς 1. Joh. V, 20) ὁ ἐὼν ἐπὶ πάντων θεός ἐυλογητὸς ἐις αἰῶνας (Rom. IX, 5. NB. qvæ ſummi Dei deſcriptio eſt) *æternus*, (Prov. IIX, 23. coll. Mich. V, 2. Joh. IIX, 58. 1, 2. Col. I, 17.) *immortalis* (imò *ipſa vita*, Joh. XIV, 6. 1. Joh. I, 2. V, 20. Joh. V, 26.) *immenſus*, (in patris qvippe *immenſo ſinu* Ioh. I, 18. *non extra eum*, c. X, 30. & reciprocâ qvidem περιχωρήσει *in ipſo Patre*, C. XIV, 10. 20. tanqvam *unum cum ipſo* C. X, 30 exiſtens) *omnipræſens*, (Matth. XIIX, 20.) *Omniſcius*, (Ioh. I, 25. Col. II, 3. Apoc. II, 18. 23. Matth. XVI, 8. Luc. V, 22. IX, 47.) *omnipotens*, (Matt. XXIIX, 18. Ioh. X, 38. Ebr. I, 2. 3. 10. Col. I. 16. Joh. II, 18. 19. X, 18. dicitur: & *religioſè inſtar Patris* (Ioh. V, 23. coll. Phil. II, 10. Matth. XXIIX, 17. Matth. XV, 25. Act. VII, 59. &c.) *colendus eſt*.

XLIV.

Matriq; Mariæ, *Miſit Deus filium factum ex muliere*, Gal. IV, 4. *Tu* (Maria *concipies in utero & paries filium* Luc. I, 31. *Cum eſſent completi dies pariendi, peperit* [Maria] *Filium ſuum primogenitum*, Luc. II, 6. 7. *Poſtqvam* enim *pueri participant carnem & ſangvinem, etiam ille* [Chriſtus] *particeps factus eſt eorundem*, Ebr. II, 14. *Surge, aſſume puerum & Matrem illius*, Matth. II, 13.

A. S. W.

XLV.

ſemper Virgini, *Ecce* VIRGO (עלמה) ſemper ſignificat incorruptam, etiam Prov XXX, 19. ubi tantùm dicitur: Qvòd Vir Virgini inſidias ſtruat,) *concipiet & pariet filium*, Eſ. VII, 14. Matth. I, 23. *Verum non cognovit* Maria, Luc. I, 34. *Qvod* enim *in illa conceptum eſt* (non à Viro, ſed) *à Spiritu Sancto profectum eſt*, Matth, I, 20. Qvi hominem ex nihilo produxit,

J. H.

cur eundem ex ſemine virginali ſine Viri ope producere non poſſet? Fuit ergò *Virgo in conceptione & partu.* Qvod etiam *poſt partum* manſerit, ex ſeqq. deducimus: *Joſeph non cognovit eam,* DONEC (particula *eſt infinita,* uti Eſ XXII, 14. Pſalm. CX, 1. Matth. V, 26. 1. Tim. IV, 13. 2. Sam. VII, 23. 1. Cor. XV, 25.) *peperiſſet filium primogenitum,* Matth. I, 25. Ubi *primogenitus negative* (ſive qvòd alii non præceſſerint) *non poſitivè,* (qvaſi alii poſtea nati fuerint) accipitur. Cujus perpetuæ Virginitatis Symbolum fuiſſe creditur *porta, per qvam ſolus Dominus tranſiit,* Ezech. XLIV, 2. Conf *Reymund.* Pugion. fol. 594. ſeqq & allegatos Patres *ab Hect. Pint* in h. l. fol. 616. Cæterum Virginitas Matris, filii nativitatem non negat, ſed nati Sanctitatem confirmat. Et Virginitas Viri

ingreſſu, non proſit miraculoſo egreſſu læditur.

XLVI.

Θεάνθρωπος ex perfectâ Deitate, perfectâq; Humanitate conſtans.

*CHRISTUS eſt ex Patribus ſecundùm carnem, Deus verò* (ſimul) *benedictus in ſecula*, Rom. IX, 5. VERBUM CARO *factum eſt, & habitavit in nobis, cujus gloriam vidimus, tanqvam unigeniti à Patre*, Ioh. I, 14. *Spiritus S. veniet ſuper Te* (ἐπελεύσεται) *& virtus altiſſimi* (Filius Dei, 1. Cor. I, 24.) *obumbrabit Tibi* (ἐπισκιάσει uterum tuum ſui conceptu replebit) NB. *quapropter ſanctum ex te natum vocabitur Filius* Dei, Luc. I, 35. *Non Angelos, ſed ſemen Abrahæ aſſumſit* (in ſui ὑπόστασιν ſeu PERSONAM. *Terminus* enim *Incarnationis* eſt PERSONA Filii PERSONA. Ergò *eſſentia divina.* FILII, Ergò *non eſſentia* ut *communis*, alias tota Trinitas eſſet incarnata, *ſed ut* in Perſona Filii

dii ſubſiſtens, ſ. ut *eſſentia characteriſata* ) Ebr. II, 16. *Deus* ( ὁ λόγος. Is enim eſt aſſumens, cujus eſt ὑπόστασις ) *manifeſtus in* [ perſonaliter unitâ ) *carne*, 1. Tim. III, 16 *in qua* σωματικῶς [non corporali modò, ſed *tanquam in perſonaliter proprio ſuo corpore* ac templo) *habitat tota plenitudo divinitatis*, Col. II, 9. adeò ut Homo *ille ſit ipſe* DOMINUS DEUS, 2. Sam. VII, 19. *Homo*, inqvam, *perfectus corpori* UNO, non( ſicut Weigelius *P.* I. *Poſtill f.* 215. ſomniat) GEMINO, ( Hiſtoria Paſſionis teſte) & *animâ* ( *triſtis eſt anima mea*, Matth. XXVI, 38.) rationali, intelligente nim. ( *cum Jeſus ſciret, dixit : conſummatum eſt*, Ioh. XIX, 28. 30. ) & volente ( *non ſicut ego volo, ſed ſicut Tu vis Pater*, Matth. XXVI, 39. ) conſtans.

XLVII.

Humanitas enim *in divinam* μονυ-

ὑπόστασιν ſuſcepta, Ebr. II, 16. eâdem qvoqve (ni dualitatem Perſonæ cum Neſtorio ſtatuere velimus) ſubſiſtit ita, ut *una tantùm ſit Perſona Mediator inter Deum & Homines, Homo Chriſtus Jeſus*, 1. Tim. II, 5. Unusque Dominus, Eph. IV, 5. Communicata ergò eſt humanitati divina *Perſonalitas*, non ad ſuſtentationem, ſeu *ſubſiſtentiam*. Corpus & anima Petri unam Perſonam qvidem conſtituunt; qvia tamen corpori non eſt communicata animæ ὑπόστασις: nec corpus animæ hypoſtaſi ſubſiſtit, non poſſumus dicere, *qvòd anima Petri ſit facta corpus*, ſicuti dicitur, *quod verbum factum ſit caro*, Joh. I, 14. Ergò arctius vinculum inter λόγον & carnem, qvàm inter Petri animam & corpus eſſe oportet, qvod non niſi Perſonale per communicationem divinæ ὑποστάσεως ad com-

πέςατος. N. C.

muncm ſubſiſtentiam eſſe) poteſt NB. Qvæ unio ἀδιαχωρίστως, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀδιασπάστως, & ἀχωρίστως facta eſt. Qvibus vocibus Veteres hæreticis omnes elabendi rimas obſtruxerunt.

XLIIX.

F. E. Chriſtus eſt Filius Dei naturalis (non adoptivus) ſecundùm Humanam naturam [α] qvia non eſt Perſona extranea. (ὑπόστασις enim eſt divina.) Ergò non eſt Filius adoptivus. [β] Verè & realiter communicatam habet naturam filii Dei. Ergò licet non ſit Dei filius naturalis, per *generationem ex eſſentia DEI*, ſecundùm aſſumptam humanitatem; eſt tamen filius naturalis *per communicationem naturæ divinæ.* NB. *QVIA* enim *Filius altiſſimi* (Vid. Damaſc. *O. F.* L. III. c. III.) *obumbrabit Tibi* (Maria.) *IDEO Sanctum ex Te natum vocabitur Filius Dei*, Luc. I, 35.

(Filius proinde Dei naturalis etiam ſecundum humanam Naturam.)

per Communicationem Idiomaticam,

## XLIX.

*Communicatio Idiomatum* eſt finis Unionis perſonalis. Hinc diſtinctæ propoſitiones *Perſonales* ab *Idiomaticis*. *Illæ* ( *quando de Perſona* τȣ̃ λόγȣ *divina vel humana natura aut ejus communio prædicatur*. Unde *duo Genera* ſunt. I. qvando *naturæ unius concretum de concreto alterius* dicitur: v. g. Deus eſt homo, & vice verſa, Filius Hominis eſt Filius Dei, &c. II. qvando *de abſtracto unius naturæ effertur alterius naturæ communio in concreto*, ut: Divinitas eſt incarnata, Humanitas Deificata, &c. ) ex *unione ad unam* ὑπόςασιν: *hæ* ex *communicatione idiomatum* reſultant, *Utrasqve* ſuppeditat ſeqvens dictum: *Verbum caro factum eſt*, (Propoſ. perſonalis ) *& habitavit in nobis* [ propoſ. Idiomatica I. generis ] *vidimus gloriam*

N. C. P. No

*am ejus* (2. generis) *qvi eſt plenus gratiâ* (3. generis) Joh. I, 14 Vid. *Calov. Syſt.* Tom. VII. fol. 291. Subjectum omnium generum communicationis idiomatum eſt tota indivulſa perſona σύνθετος; in genere qvidem I. ſecundum naturam utramqve vel alterutram: in II, tantùm ſecundum humanam: in III. non niſi ſecundum utramqve intellecta: Prædicatum verò in PRIMO eſt (divinæ vel humanæ naturæ) ἰδίωμα ſeu (realis, non verbalis) DENOMINATIO: in SECUNDO (qvod ordinem naturæ numerando ſecundum qvem *operatio* ipſa ſemper *facultate* operandi *poſterior* eſt) ἀξίωμα ſeu (humanitatis melioratio ac) DONATIO: in TERTIO ἀποτέλεσμα, ſive (utriusqve Naturæ) COOPERATO. V. g. *Hæc* Propoſitio (*Dominus gloriæ crucifixus* 1. Cor. II, 8. *Autor vitæ interfe-*

*ſtus eſt*, Act. III, 15. i. e. *Deus paſſus & mortuus eſt*,) ad primum.: *Illa* (*Chriſto data eſt poteſtas*, Matth. XXIIX, 28. *Filio data eſt poteſtas judicandi, qvatenus filius hominis eſt*, Joh. V, 27. coll. Phil. II, 9. ſeqq.) ad ſecundum: *Iſta* autem (*Deus proprio ſangvine redemit Eccleſiam*, Actor. XX, 28. coll. Eſ. LIII, 5. Ebr. II, 14.) ad tertium genus pertinet. Communicatio eſt facta (a) *realiter*. (b) ad *poſſeſſionem* (qvoad attributa *qvieſcentia* vel *uſurpationem* (qvoad *operantia*: NB. *illa* denominant in *obliquo*; *hæc* in *recto*) *non* (c) *abdicationem* ſive transfuſionem, *nec* (d) *naturarum confuſionem*, multò minùs *converſionem*, aut (e) *exæqvationem*. Qvæ ex ſeqq. probamus: VERBUM (*aſſumtione humanitatis in ſui* ὑπόςασιν, Conf. §. XLVII.) CARO FACTUM EST & HABITAVIT IN NOBIS, &c.

Joh.

Joh. I, 14. *Tota plenitudo divinitatis habitat in Christo* σωματικῶς, Coll. II, 9. Unde *Germen Davidis eſt ipſe Jehova Juſtitia noſtra* (Homo eſt Deus,) Ier. XXIII, 5. 6. *Dominus gloriæ* (*D*EUS) *crucifixus eſt*, 1. Cor. II, 8. DEUS PROPRIO SUO SANGVINE *redemit Eccleſiam*, Actor. XX, 28. Unde ex communicatione ὑποστάσεως infinitæ neceſſariò ſeqvitur etiam *communicatio idiomatum divinorum* & *virtutis infinitæ* (οὐκ ἐκ μέτρου,) Joh. III, 34. (cum homines non niſi κατὰ τὸ μέτρον accipiant, Eph. IV, 7.) A. *Omnipotentiæ*, (Dan. VII, 14. Matth. XXIIX, 18. B. *Omniſcientiæ*. (Col. II, 3. Eſ. XI, 2. Joh. III, 34. XVI, 30. XXI, 17.) II. 24. ſeq. coll. Ioh. V, 27. 2. Corinth. IV, 2.) C. *Omnipræſentiæ*, (Matth. XIIX, 20. Eph. IV, 10. Coll. II, 9. NB. Servatô tamen diſcrimine inter *Præſentiam*

*intimam* ad λόγον & *extimam* ad creaturas. *Extima* iterum *totalis* ac *partialis* eſt. *Illa* plenariè non niſi carnis exaltatæ; *hæc* etiam exinanitæ eſt. *Jam inde enim à primo conceptionis momento omnibus creaturis* (*ἀδιαςασίᾳ ſcil. non Dominio*) *præſentiſſimo* ADFUIT, *hodieq; in ſtatu gloriæ, non modo illis* AD-EST, *ſed & potentiſſimè præſentiſſimeq;* OPERATUR *omnia in omnibus*, inqvit & probat *B. Hutter. in F.C.* a. IIX. fol. 847. ſeqq. Nam *ſi Caro Chriſti* ABEST [etiam in Exin:] *à creaturis, qvibus ὁ λόγος* ADEST, *διάςασις naturarum infertur*, *Id.* ibid. fol. 858. *Summa*: NB. Qvicqvid ſolvit unionem in ſtatu Exaltationis illud etiam ſolvit in ſtatu Exinanitionis. Vid. omnin. *B. Luth.* allegat. in F.C fol. 784. ſeq. coll. fol. 754 *Hutter.* L.L. fol. 80. 186. *Calov.* de Perſ. Chr. fol. ſeq.

&

& *Tom VII, Syſt. f.* 624. Bene ergò *B. Affelmannus* : *ADESSE* per INDISTANTIAM *in ſtatu Exinanitionis etiam locum habuit, qvia* ÆQVE IBI UNIO. *Syntagm.* P. I. fol. 126. *Hæc collectio: Caro Chriſti ante Nativitatem jacuit Naturaliter in alvo materna, ergo perſonaliter tum NON FUIT ALIBI*, &c. *Doctore Theologo longè eſt indigniſſima*, inqvit *B. Hutt*, l. c fol. 863.) D. *Adorationis religioſæ*, [Phil. II, 10. 11. Rom X, 14.] E. *Virtutis vivificæ*, [Joh. VI, 50. ſeqq. V, 27. ſeq.] &c. NOTA: Qvicqvid ab adverſariis, contra *communicationem idiomatum* objicitur, idem etiam contra ipſam *communicationem* ὑποςάσεως retorqveri poterit. Si enim idiomata divina [communia tamen tribus perſonis] non poſſunt communicari [*ut objiciunt*] qvia ſunt infinita, & propria Deitatis; ſeqvetur

etiam hypoſtaſiu divinam (qvia eſt infinita, & propria ſolius ſecundæ Perſonæ Divinitatis) carni communicatam non eſſe qvod eſt purè pute *Neſtorianum*.

L.

Tripliçi Officio admirandus.

Uti unio hypoſtatica propter *idiomatum communicationem*; ita communicatio idiomatum propter *opera officii* facta eſt: ut *Sacerdotali* ſcil. oblatione ſalutem nobis acqvireret: *Propheticâ* functione annunciaret: & *Regali* munere conferret, tueretur ac conſervaret.

LI.

Spiritu S. videlicet unctus, Donis immenſis,

*Unxit Te DEUS ô DEUS oleo lætitiæ* (*Spiritus S.* Act. X, 38.) *præ conſortibus* (aliis Regibus, Prophetis ac Sacerdotibus; *imò* omnibus *fratribus* ſive fidelibus, Eph. IV, 7. 1. Cor. I, 21. 1. Joh. II, 20.) *Tuis*, Pſ. XLV, 8. adeoq; *immenſis donis*. Vid. præced. §. XLIX. & Dn. Calov. *Syſt.*

Tom

*Tom. X. f. 574. ſeqq.* Unde dicitur *Meſſias* משיח ſive Χριστός. i. eſt Unctus. NB. Qvod verò idem ille *JEſus Nazarenus* ſit promiſſus Mundo Meſſias, ipſe Mulieri Samaritanæ dicenti: *Scio, qvod Meſſias venturus eſt, qvi vocatur CHRISTUS,* faſſus
J. eſt his verbis: Ego Sum, *qvi loqvitur tibi,* Joh. IV, 25. 26. Contra Judæos autem etiam *teſtimoniis V. T.* tùm ex *Periodo* adventûs Meſſiæ adimpletâ, tùm *proprietatum* Meſſiæ ad Chriſtum noſtrum applicatione, probari poteſt. (א) *Meſſiam* itaqve *veniſſe* confirmat [a] *ſceptrum ablatum,* Geneſ. XLIX, 10, [b] *Throni Davidici defectus,* Pſalm. LXXXIX, 30. 37. 2. Sam. VII, 16, Jer. XXXIII, 15. 17. 21. Eſ. IX, 7. Ezech. XXI, 27. 2. Reg. IIX, 19. [c] *ſecundi Templi, in qvo tamen Meſſias venire debuit, vaſtatio,* Hagg. II, 8. 10. Mal. III, 1.

(d) *Hebdomadum Danielis præterfluxio* Dan. IX, 24. (e) *Oraculorum defectus*, Zach. XIII, 2. (f) *Ceremoniarum Leviticarum abrogatio*, Jerem. III, 16. Dan. IX, 26. (g) *Teſtimonium R. Eliæ* in Chelek & Afodâ *Sarâ*. *coll. Midr. Tillim*. in Pſ. LXXX, 15. *qvod* 6000. *annorum ſit duraturus mundus*; 2000 *Tohu*: 2000 *Lex* : 2000. *vero dies Meſſiæ* [ב] *proprietates* Meſſiæ noſtro Chriſto omnes ex aſſe competunt. Nam [α] natus eſt eo *tempore*, qvod præcedens præſcriptio determinabat. [β] Natus eſt *ex Virgine*, juxta Eſ. VII, 14. Ier. XXXI, 22. coll. Matt. I, 20. 23. Luc. I, 34. (γ) Natus eſt *ex familia Davidis*, juxta 2. Sam. VII, 12. pſal, CXXXII, 2. Ier. XXIII, 5. coll. Act. II, 30. XIII, 23. Rom. I, 3. 2, Tim. II, 8. (δ) *Miracula edidit*, Eſ. *XXXV*, 3. 4. 5. 6. coll. Matth. XI, 5. [ε]

Pan-

*Pauper fuit*, juxta Zach. IX, 9. [ζ] *eqvitando ſuper aſinum ingreſſus eſt Hieroſolymam*, juxta Zach. I, c. [η] *Paſſus eſt*, juxta Eſ. LIII, Pſ. XXII. [ϑ] *Crucifixus & transfoſſus*, juxta Pſ, XXII, 17. 18 19. [ι] *Ejus Veſtimenta* ſunt *diviſa*. & ipſe *felle potatus*, juxta Pſ. XXII, 19. LXIX, 23. [κ] *Prodigia in cœlo ac terra* Joël II, 30. 31. ipſe *R. Kimch.* in h. l. de Meſſiæ diebus exponit. At in Chriſti morte talia contigerunt in terra ac cœlo, Matth. XXVII, 45. ad 53. [λ] Meſſias etiam *ſepultus*, Eſa. LIII, 9. *non* tamen *debuit corruptionem ſentire*, Pſal. XVI, 10. Act. II, 23. ſeqq. [μ] Debuit *tertia die reſurgere*, Hoſ. VI, 2. fatente *R. Moſe Haddarſch.* in Geneſ. XXII, 4. Conf. Mechilt. ſup. Pſal. XXX, 6. Et refert *Joſephus* ipſe Antiqvit. L. XIIX. c. 4. *noſtrum Chriſtum tertia die reſurrexiſſe*. [ν] Meſſias *aſcenſurus*

*erat*

*erat* in cœlum juxta Judd. ipſos ex Mich. II, 13. Pſal. XLVII, 6. Act I, 9 seqq. [ξ] *Seſſurus ad dexteram Dei*, Pſal. CX, 1. qvod implet Chriſtus. *Vid. §. ſeq* LXXIII, [o] Eô tempore *Spiritus Sanctus* ſuper Meſſiæ *diſcipulos deſcenſurus* erat, cæteriqve ad Meſſiam convertendi, Eſ. XLIV, 3. Joel. II, 28, ſeq. Zach. XII, 10. Conf. Act. II, tot. [π] *Baptiſmus inſtituendus ab ipſo Meſſia*, Ezech. XXXVI, 25. Zach. XIII, 1. &c. *Conf.* §XCVI. Vide hæc & alia ex ipſorummet Judæorum teſtimoniis ad Chriſtum applicata ab *Helvico* in IIX. Elenchis, eorumqve Appendice Apologetica contra Judæos. Conf. *Reymund. Pugion. Fidei*, qvem exſcripſit *Galatinus*, & *Hoornbeckium* de convinc. Jud. *Mullerią;* Judaiſm,

LII.

Eſt enim *Propheta magnus*. (Luc.

(Luc. VII, 16. (ὁ ἐρχόμενος ven- | phetam
A. turus ILLE, Joh. VI, 4.) à Moſe | Evan-
R. ſcil. (Deut. XIIX, 15. prædictus: | geli-
S. non Legalis, ſed Evangelicus. | cum.
An. Legem jam latam rectè exponens:
Matth. V, tot.) non magis perfi-
ciens, (qvod eſt contra Pſalm.
XIX, 8. Deut. XII, 32.) adeoqve
nec novam ferens; Joh. I, 17,) SED
πρώτως Evangelium prædicans,
Marc. I, 14. ad evangelizandum
qvippe pauperibus miſſus, Eſ.
LXI, 1. ſeqq. Luc. IV, 18.

LIII.

Tu es Sacerdos in æternum jux- | Sacer-
S. ta ordinem Melchiſedech, Pſal. | dotem.
CX, 4. Ebr. VII, 17. Hoc offici-
um exſeqvitur (A) SEMEL. UNI-
CA SOLUTIONE PERFICIENS IN
ÆTERNUM, Ebr. X, 14. (ſeipſum
OFFERENDO, Ebr. VII, 27.) obla-
tione ſc. corporis, & effuſione ſan-
gvinis, Eph. I, 7. Ebr. X, 10. ſeq.
qvod NB. in his terris omnino
contigiſſe probavit Colleg. Anti-

*Socinian.* fol 416. ſeqq. & [B] SEMPER. Ebr. VII, 25 *etiam in cœlis ad dextram Patris*, Rom. IIX, 34. ἐντυγχάνει i. e. non ſolâ meriti virtute, ſed FORMALITER, coll. Act. XXV, 24. Rom. XI, 2. inſtar ADVOCATI, 1. Joh. II, 1. juxta qvosdam in omnem æternitatem actu ipsô (obtendentes Ebr. VII, 25. IX, 24. ſeq. V, 6. VII, 17. X, 12. Rom. IIX, 34. 1. Ioh. II, 1. Ebr. III, 8.) juxta alios autem duntaxat usq; conſummationem ſeculi [ex Eph. V, 27. 1. Cor. XV. 24. vid. *B. Fearborn.* Faſcic. IV. Diſp. IX. Th. XXV, ſeqq. *Dank. Hodoſ.* Phænom. IX. f. 725. ſeq. edit, ult.] fructu tamen in omnem æternitatem durante *pro nobis* INTERCEDENDO. Cui ſententiæ accedit B. Lutherus; Im ewigen Leben werden wir nicht mehr bedürffen / daß Chriſtus für uns bitte / ſondern es wird alles da ſeyn. Poſtill Ecc. f. 318.

f.318. edit. Witt. 1544. Chriſtus verbittet uns ohn unterlaß biß zum Ende der Welt. Tom. VII. Alt. f. 371. Wo er ſolch Häufflein auff Erden nicht mehr hätte / könte er nicht mehr ein Prieſter heiſſen. Darum erhält er die Chriſtenheit auff Erden biß auff den Jüngſten Tag / und in derſelben regieret er als ein Prieſter. fol. 370. Ein Prieſter iſt allein um der Sünder willen. Sonſten dürfft man eines Prieſters nirgend zu. Nun bittet ja Chriſtus nichts anders / denn daß wir Gnade und Barmhertzigkeit erlangen. fol. 369. At in altera vita non amplius erimus peccatores. Ein Prieſterthum iſt nichts anders / denn daß der Prieſter alle Gebrechen des Volcks auff ſich nehme/und bitte Gott für ſie. T. IV. Alt. fol. 101. Der Prieſter höret nicht auff

NB.

NB. wenn wir ſchon (tanqvam viatores, in hac vita ſtraucheln. ibid. Conſentit etiam B. Gerhardus: *In vita æterna nulla erit beatorum indigentia*, IDEO PRECES NON ERUNT IPSIS NECESSARIÆ. --- *Poſt diem judcii qvando omnes Beati ad plenam ac perfectam cœleſtium bonorum fruitionem pervenerunt*, NULLIS AMPLIUS INDIGEBUNT PRECIBUS *Harmon. cap.* CLXXIX. *fol. m.* 1583.

LIV

Novi Teſtamenti,

Qvi *ſe ipſum obtulit*, Ebr VII, 27. '*ſacrificia enim pecudum* tanqvam *umbræ*, tantùm ad V. T. pertinuere. Ebr. IX, 23. IIX, 13. coll. 5, X, 1. Coll. II, 17. P.

LV.

Monadicum,

Eſt *Sacerdos in æternum* (Ergò a bsqve ſucceſſore, NB. *Eccleſia nullos agnoſcit Chriſti ſucceſſorees in Sacerdotio ſive Pontificatu. Succeſſor enim eſt defuncti.*

*cti. Deſunctio verò fit vel amotione, vel reſignatione, vel morte: qvorum nullum Chriſto competit*, fatente Eſtio in Ebr. VII, 24.) *ſecundum ordinem Melchiſedech*, Pſal. CX, 4. *non ſecundùm ordinem Aaron* (qvi ſucceſſores habuit,) Ebr. VII, 11. Habet enim *ſacerdotium* ἀπαράβατον (qvod in alium transferri, aut illius NB. Perſonam egredi neqvit,) verſ. 24. Ergò adhuc Vicario & Succeſſore caret. Porrò: Unica Oblatione (Ergò nunqvam iterata, nunqvam iterandâ, Ebr. VII, 27. *perfecit* (abſolvit, τετελείωκεν) *in æternum* (Ergò nunqvam voluit, ut hodie iteretur pro ullo,) *omnes ſanctificandos*, Ebr. X, 14. & Semel (non ſæpius) Seipsum [non per Vicarios] obtulit, Ebr. VII, 27. *oblatione cruentâ*, Ebr. IX, 10. ſeqq. Eph. I, 7. Ergò ſacrificium incruentum,

[ſo-

(ſomnium ſine ſomno) Miſſaticum eſt figmentum. Nam *ſine ſangvinis effuſione* (ſacrificiali, in ſacrificiis) *nulla fit remiſſio*, Ebr. IX, 22. Ergò nec in Miſſa (ubi nulla effuſio ſangvinis fieri poteſt, cùm incruentum ſacrificium dicatur) fit remiſſio, conſeq. non eſt ſacrificium propitiatorium.

LVI.

(adeoqve impeccabilem) *Talis* enim *decebat, ut, eſſet nobis Pontifex, pius, innocens, impollutus, ſegregatus ab omnibus peccatoribus*, Ebr. VII, 26. (adeoqve *nunqvam* fuit *corruptæ maſſæ Adamiticæ particula*, cont. *Dordrac. Act.* P. II. ad art. 3. ſeqq. Theſ. XII. fol. 342.) *ut offerret ſeipſum, tanqvam agnum plane immaculatum*, 1. Pet. I, 19. *in omnibus* ſcil. *nobis ſimilis, excepto ſolo peccato*, (qvoad actum, habitum ac potentiam peccandi, qvod contra *Armin. apud Epiſcop.* Reſp. ad def. Camer. c. XIII. Opp.

fol.

fol. 289. notandum) Ebr. IX, ult. II, 17. IV, 15.

LVII.

S. *Conſtitui Regem meum*, Pſal. II, 6, Rex Ego Sum, Joh. XIIX, 37, *à nativitate*, Matth. II, 2. 11. adeoqve ante mortem *ipſi naturæ*, (Joh. II, 9, Matth. IIX, 26.) *Morti*, (Luc, VII, 11. ſeq.) *Dæmonibus* (Luc. X, 17, Matth. IIX, 31.) *imperans*, & *adoratus*; Matth. II, 2. 11. IV, 10. *non-mundanus*, (Joh. XIIX, 36.) Regno qvippe *Potentiæ*, (Pſal. CX, 2.) *Gratiæ*, (Matth. VI, 10,) & *Gloriæ*, (Luc. XXIII, 42.) glorioſus & *æternus*, ita, *ut regni ejus non ſit futurus finis*, Luc. I, 33. Pſ. XLV. 7. Ebr. I, 8. Dan. VII, 14. Apoc. XI, 15. — Regemqve

J. P. Ch. Qva. S.

LIIX.

*Ipſe Deus proprio* Sangvine

O *redemit Eccleſiam*, Act, XX, 28. *DEUS* enim *erat in Chriſto mun-*

P. *dum reconcilians* Sibi Ipsi (ἑαυτῷ) 2, Cor. V, 19, qvia *pla-* — ut eſſet Mediator ſecundum utramq; Naturam,

*citum erat Patri univerſam ple-
nitudinem* ( *Divinitatis*, Col. II,
89 ) *habitare in Chriſto*, & *per
eum reconciliare cuncta erga ſe,
pacificatis per ſanguinem crucis
ejus per eundem omnibus*, Col. I,
19. 20. *Chriſtus reconciliavit
nos in corpore carnis ſuæ per mor-
tem*, verſ. 22. Uno verbo: *Me-
diator* noſter *inter Deum & ho-
minem, eſt Homo JEſus Chriſtus*,
1. Timoth. II, 5. Ergo *tanqvam
DEUS & HOMO, qvia inter
DEUM & HOMINEM*, *Iren.*
L. III. c. XX. *Auguſt.* Enchir. ad
Laurent. CIIX. *Theophyl.* & *Dio-
nyſ. Carth.* in l. c. Tim. *Mirati
ſumus aliqvos tueri, Chriſtum ſe-
cundum humanitatem tantum
eſſe Mediatorem*, *Eſpenc.* in h. l.
Tr. de Chriſto Mediat. aliàs
*Mediatio eſſet inſufficiens, ſi ex-
cluderetur Divinitas*, juxt. *eund.*
in fin. Digreſſion. fol. 276.

LIX.

## LIX.

Ergo Chriſtus, (A) FACIO Pater, voluntatem tuam, & Lex tua (facienda præſcribens) eſt in viſceribus meis Pſ. XL, 9. Unde veni implere (univerſam) legem Matth. V, 17. Qvod enim Lex præſtare non poterat infirmata per carnem, ID DEUS præſtitit per Filium, Legi pro nobis ſubjectum, Rom. IIX, 3. coll. Gal. IV, 4. 5. Pro eis EGO ſanctifico meipſum, Joh. XVII, 19. Adde ex Phil. II, 7. formam ſervi, qvæ omninò etiam obedientiam activam complectitur. Deinde [B] Chriſtus ita eſt MORTUUS, ut animam dederit ἀντὶ πολλῶν tanqvam ἀντίλυτρον Matth. XX, 28. Marc. X, 45. 1. Tim. II, 6. Peccata enim hominum portavit & eorum pœnam jure debitam luit, Eſ. LIII, 4. ſeq. Joh. I, 29, 1. Pet. II, 24. Qvod non rapuit, Ipſe ſolvit (השיב restituit,) Pſal-

Satis factor, (Obedientia Vitæ Mortisqve) ex aſſe, [pro Nobis non ſeipsô]

LXIX, 5. *Vid. Interpp. Caſtigatio* (מוסר i.e. debiti *rigoroſa exactio*, Deut. XI, 2. Ier. II, 30., XXX, 14. Ezech. V, 15.] PACIS NOSTRÆ [meritoria] *ſuper ipſo fuit*, Eſa. LIII, 5. *Lytro perſoluto homines reos liberavit ac redemit à pœnis*, Matth. XX, 28. Marc. X, 45. 1. Tim. II, 6. Eph. I, 7. Col. I, 14. Rom. III, 24. Ebr. IX, 12. Gal. III, 13. IV, 5. 2. Pet. II, 1, Apoc. XIV, 3. ſeq. Matt. XIII, 44. XIV, 15, XXV, 9. XXVII, 7. Marc. VI, 36. 1. Cor. VI, 20, VII, 23. Ergò pro illis EX ASSE ſatisfecit. Vid. Colleg. *Anti Socin.* fol. 433. ſeqq. Qvòd autem *legem pro nobis non ſeipſo*, impleverit, patet. Nam (α) uti *non ſibi*, ſed NOBIS NATUS ac DATUS, Eſ. IX, 5. Ioh. III, 16. ita *legi obnoxius tantùm* fuit *pro* NOBIS Sola *CREATURA ORDINARIA LEGE CREATIONIS PRODUCTA pro ſe obligatur Creatori*. At Chriſtus juxta hu-

humanitatem eſt *extraordinariâ œconomiâ non ſui. ſed noſtri cauſa* productus Unde (β) Chriſtus Legi (non φύσει, ſed θέσει, ſeu (per *voluntariam* SUBJECTIONEM) obnoxius, eam implevit [non ut ſeipſum ab obligatione proprias, ſed] Nos Legi [naturali obligatione] obnoxios liberaret & redimeret Gal. IV, 4. ſeq. conf. Dn. Calov *Socinism. Proflig fol. 656. ſeq.*

XL.

*Vocabis nomen ejus* JESUM [ישוע] σώσει γὰρ, *Salvabit enim populum ſuum à peccatis ſuis*, Matth. I, 21. *Natus eſt Salvator* (σωτὴρ) *in civitate David.* Luc. II, 11. Unde in ABSTRACTO (σωτηρία) *ſalus gentium usque ad extremum terræ*, (Act. XIII, 47.) & SALUTARE (σωτήριον) Dei [Luc. II, 30.] dicitur.

Salvator.

P.S.C.

LXI.

*Hominum* ſc. & *delictorum*

redemtorque Catholicus.


re-

abſqve illis Socin.) reſpectu, qvia OMNES HOMINES [efficaci intentione] ab OMNI PECCATO ſalvat. *Deus* enim toti *Mundo filium dedit*, [Ioh. III, 36.] *& vult omnes homines ſalvos fieri*, (1. Tim. II, 4. 5.) *nullumqve*[2. Pet. III, 9. qvod juxta *Cham. Panſtrat. T. III. L. VII, c. VI. §. 8*, repugnat expoſitioni per genera ſingulorum. Vid. *ſuperior. §. XXXV.*) *perire*, Conf. 1. Tim. IV, 10. 2. Pet. II, 1. 2, 3. 1. Cor. IIX, 11. Unde *Chriſtus eſt Salvator* OMNIUM HOMINUM. [μάλιϛα] MAXIME *fidelium*, 1. Tim. IV, 10. *ſalvans eos ab* OMNI PECCATO. *Sangvis* enim *Jeſu Chriſti mundat nos ab omni peccato*, 1. Joh. I, 7. Qvia qvoscunqve, qvot, & qvocunqve morbô Adam primos infecit, tot & à tanto tantoqve morbo Adam ſecundus liberat, Rom. V, 25. ſeq. Qvod ut præſtare poſſet, ceu REX [*non ut Sacerdos*] ſe exinanire debuit,

it. Qvi Chriſtum pro ſolis electis mortuum eſſe calumniantur, eundem ne qvidem pro *Semi-Redemtore humani generis* agnoſcere poſſunt. Diviſo enim (ex *Brerewodii* Scrut. Relig. f. 59. calculo, coll. *Biſſelii* Ruin. Dec. I. fol. 179. ad 189.) Orbe cognito in XXX. æqvales partes, *Chriſtianis* ſolummodò V. *Mohammedanis* VI. *Gentilibus* XIX. cedent. At, qvam *pauci* inter Chriſtianos
P. *rectè credunt*, qvam *pauci* inter *rectè credentes ſalvantur*? Cæterùm in hoc officio non habet ullum ſocium, aut ullam ſociam (ceu blaſphemant Papiſtæ) in cœlo ac terra. SOLUS (inqvit Meſſias) *calcavi torcular*, & לא איש (non vir, *i. e.*) *nullus* (Conf. Deut. XXXIV, 6.) *ac nemo mecum eſt*, Eſ. LXIII, 3. *Nec eſt in alio qvoqvam ſalus, qvàm in ſolo Jeſu*, Act. IV, 12.

## LXII.

tandem qve poſt humanitatis (prius exinanitæ,

Exinanitionis [A] *Subjectum Qvod*, eſt Perſona ἄνθρωπος: [Nam CHRISTUS JESUS *ſeipſum exinanivit*, Phil. II, 5. ſeqq.] *Qvo* eſt ſola humanitas, ſed in unione conſiderata. Divinitas enim exinaniri ad mortem crucis [Phil. II, 8.] neqvit [B] *Forma*, eſt *depoſitio* μορφῆς τοῦ Θεοῦ ſive *formæ* (i. e. *non naturæ*, ſed *ſtatûs*) *Dei* (ac majeſtatici,) Phil. II, 6. & *aſſumptio* μορφῆς τοῦ δούλου ſive *formæ* (conditionis) *ſervi*, verſ. 7. NB. Si μορφὴ h. l. naturam ſignificaret tum Chriſtus in Exinanitione Deitatem, in exaltatione verò humanitatem depoſuiſſet, adeoqve in ſolo momento unionis Perſonalis θεάνθρωπος fuiſſet. Cæterum non in nuda κρύψει ſive *occultatione* (hæc enim cùm ſit tantùm exinanitio coram hominibus, non poteſt eſſe expiatoris

C.W.Je.C.

Q.

ac ſatisfactoria coram Deo) *ſed in reali κενώσει* (Phil. II, 7.) *eva-*
P. *cuatione* conſiſtit. Evacuavit
Q. enim ſe ſcientiâ extremi diei, ut
NV. illum *reverâ neſciret inſtar Angelorum*, (Marc. XIII,32.) qvorum ignorantia neqvaqvam ſimulata eſt. Invictum argumentum eſt. *Chriſtus voluit glorificari* (ſecundùm exinanitam humanitatem) *eâ gloriâ, quam habebat* (Divinitas) *APUD PATREM, anteqvam mundus eſſet* Joh. XVII, 5. *Ergò* in exinanitione eam gloriam humamitas non habebat apud Patrem, adeoq; ſeſe ea penitùs NB. etiam coram Deo (qvod per ſolam diſſimulationem externam fieri neqvit) evacuavit. Vid. *Deciſ. Saxon. fol.* 39. (C) *Finis* ut non ſolùm *pati* ac *mori* poſſet, (Phil. II, 8.) ſed etiam, per depoſitionem formæ Dei, *raptum Deiformitatis in Paradiſo commiſſum expiaret*, Phil. I, c. v. 7. &c.

## LXIII.

usqve ad Mortem,

*CHRISTUS in forma Dei exiſtens exinanivit ſeipſum, & humilē præbuit ſeipſum factus obediens* (μέχρι θανάτου) USQUE AD MORTEM, *mortem autem crucis*, Phil. II, 7. 8. Status ergò mortis durans ad reſurrectionem, (*non deſcenſus, qvi ad ſtatum Chriſti reſuſcitati pertinet*, 1. Pet. III, 18. ſeq.) eſt terminus finiens Exinanitionem. S.

## LXIV.

ſeu triduani Diſceſsus Animæ,

*Mors Chriſti non in ſola animæ* (λύσει) *ſolutione à corpore*; ſed etiam (neceſſariò conſeqventer, niſi divinitus inhibeatur) *diſceſſu ex corpore*, conſiſtebat. Q. *Nam expiravit* (ἐξέπνευσε) Marc. XV, 36. Luc. XXIII, 46. *Spiritum* (non vitalem, ſed qvem in manus Dei commendavit, intellectualem) *emiſit* [παρέδωκε,] Joh. XIX, 30. *Anima ab eo ſublata* [Ioh. X, 18.] & *depoſita* [verſ.

(verſ. 17.) *erat*. Corpus in ſepulchro, anima in Paradiſo non in ſepulchro) fuit Luc. XXIII, 43. Vid. *Feuerb.* Κενωτιγρ. Sect. III. fol. 88. ſeqq. Σκιαγραφ. fol. 330.

LXV.

Vinculum *naturale* (inter animam & corpus) Mors disrupit: *Perſonale* verò (inter divinitatem, & humanitatem nunqvam ruptum fuit. Anima enim & corpus, etiam totô triduô mortis in hypoſtaſi τῦ λόγυ manſerunt. Imò ipſe ſangvis, qvamvis effuſus, & à corpore ſeparatus, manſit *Dei proprius* (Proprietate ſc. perſonali) *ſangvis* Act. XX, 28. aliàs expiatorius & infiniti pretii non fuiſſet. Chriſtus ſanè eſt *Sacerdos* (εἰς τὸ διηνεκὲς) *in perpetuum* Ebr. VII, 3. Ergò etiam in morte, adeoqve etiam Θεάνθρωπος fuit in triduo mortis. In morte enim vel maximè Sacerdos fuit: actus

& rupti ſolius Vinculi naturalis, ſtatum.

autem ſacerdotales ſunt Utriusque Naturæ, conſeqventer etiam in morte fuit Sacerdos conſtans ex utraqve natura. Manſit igitur vinculum perſonale. *Qvod ſi per mortem ruptum fuiſſet vinculum perſonale, tum Verbum per Reſurrectionem denuo caro factum & ita* Bis Incarnatum *eſſet.* Vid. mox citand. *Scholiaſt. Damaſc.*

## LXVI.

in qvo tamen mortuum ejus Corpus neqvaqvam Cadaver exſtitit,

Ad *Cadaver* enim præter diſceſſum animæ etiam pertinet, *FORMA CADAVERICA*, ſeu *corruptio, qvam Chriſtus nunqvam vidit*, Pſal. XVI, 10. Act. II, 31. Unde etiam *effuſus ſangvis non computruit* (1. Petr. I, 18. 19.) adeoqve in reſurrectione ad corpus (in hypoſtaſi enim λόγȣ ſemper manſit) reaſſumptus, cumqve anima revocata redunitus fuit. *Arguo*: Nullum corpus, qvamdiu in hypoſtaſi ſuæ C. S.

ſuæ perſonæ manet, cadaver eſt. *At* Corpus Chriſti per triduum mortis manſit in ſuæ Perſonæ hypoſtaſi. Qvia etiam in iſto mortis ſtatu ſangvis effuſus, manſit Dei proprius [proprietate non naturali, ſed perſonali] ſangvis, Act. XX, 28. uti *Præced.* §. dictum. *Ergò. Aliàs Deus in triduo mortis fuiſſet cadavèr, qvod citra blaſphemiam dici neqvit.* Item: *In reſurrectione rurſus verbum caro factum eſſet & renovatum Incarnationis Sacramentum.* Vid. *Scholiaſt. Damaſcen.* L. III. O. F. c. XXII. & *Feurb.* Κενωσιγρ. Sect. III. fol. 104.

LXVII.

S. *Omnis Sacerdos, in officio ſuo conſtitutus, exiſtit. Atqvi* Chriſtus in triduo mortis fuit Sacerdos in officio ſuo conſtitutus. *Ergò. Fuit* etiam (per triduum mortis) *Filius Hominis*, Matth. XII, 40. Ergò extitit. Implicat

neqve Chriſtus exiſtere deſiit.

cat enim, & Sacerdotem & Filium eſſe, nec tamen exiſtere, Corpus in ſepulchro: anima in paradiſo fuit. Falſam hypotheſin, *qvod mori ſit non exiſtere*, confutavit *Colleg. Anti-Socin.* Diſp. LXV. ſeq. CXL. ſeq.

LXIIX.

Ἀυτοζωοποιῆσιν,

Qvia CHRISTUS, ut Homo, *poteſtatem habuit animam ſuam deponendi ac reſumendi*, Joh. X, 18. Ideò etiam per mortem *deſtructum corporis ſui Templum*, *ingenti miraculo* (qvale non fuiſſet, ſi ſola Divinitas præſtitiſſet) Joh. II, 19. coll. 18. IPSEMET *excitavit*. Igitur non tantùm *reſurrexit Dominus*, Marc. XVI, 6. ſed etiam *ſemetipſum reſuſcitavit*. Qvo nomine etiam *Chriſtus ſe* IPSAM RESURRECTIONEM *ac* VITAM Joh. XI, 25. appellat. Si *cujusvis hominis anima corpus ſuum excitare poteſt* (qvod defendit *Enjedinus* Expl. LL. f. 193.)

Cur

G.J.M.S.

Cur ergò id Chriſto denegant? *Finis* ac fructus reſurrectionis Chriſti eſt [α] *Hoſtium triumphatio*, Oſ. XIII, 14. 1. Cor. XV, 54. Eph. IV, 8. Col. II, 15. [β] *Noſtro cum Deo reconciliatio* Rom. V. 9, 10. 11. 1. Cor. XV, 17. Vade enim ex carcere penitus demiſſô pro debitore ſatisfactum eſſe intelligitur. Confi Actor. II, 24. III, 15. Unde nobis debitoribus *per reſurrectionem J. C. fœdus bonæ conſcientiæ* cum DEo erectum dicitur. 1. Pet. III, 21. [γ] *Piorum ad vitam æternam* [neqvaqvam verò impiorum ad ſupplicia æterna. Vid ſeqq. §. CXXVI.] *reſuſcitatio*, Eſ. XXV,
Q, 8. 1. Cor. XV, 54. 12. 13. 14. 16. Vid. *Harm. Gerh.* C. CCIIX. *Ut per Adamum mors; ita per Chriſtum reſurrectio mortuorum, verſ.* 21. 22. NB. Qvod vero *impii vi meriti ac reſurrectionis Chriſti non reſurgant*, patet [1] qvia

ipſorum reſurrectio non ad vitam æternam, ſed ad æterna ſupplicia ordinatur. At qvod non ad beatitudinem ex miſericordia, ſed tantùm ad æterna ſupplicia, ex punitiva juſtitia ordinatur, id non poteſt eſſe beneficium meritô ac reſurrectione Chriſti partum. (2) Impii reſurrecturi fuiſſent, etiamſi Chriſtus non veniſſet. Ergò eorum reſurrectio à Reſurrectione Chriſti non dependet Igitur *Chriſtus reſuſcitat impios* non vi meriti ac Reſurrectionis ſuæ, *ſed poteſtate judiciali*, Joh. V, 21. 22. coll. 27. 28. Vid. *Balduin.* in 1. Cor. XV. B. *Hülſem Brev.* Suppl. c. XVI. §. VII. & noſtr. *Program.* paſchal. an. 1671. ubi argumentis contrariis ſatisfactum,

atqve Exaltationem

LXIX.

*De torrente in via bibet, poſtea* EXALTABIT *caput*, Pſal. CX, 7. *DEUS ipſum* (Chriſtum Jeſum) ὑπερ-

C. ὑπερύψωσε Exaltavit, *ac donavit illi nomen ſuper omne nomen, ut in nomine JEſu* ſetiam audito ac recitato religioſum cultum ſcil. genuflexione ac capitis nudatione ſignificatum, ad Personam Nominatam *ſolùm non* ad *literas* ac *ſyllabas Nominis* (Vide Serar. *in c, II. Joſ. q. XVI.*) dirigendo, qvod contra Calviniſtas ſuos *Johann Durellus* Hiſtor. Rit. Eccleſ. Anglican. c. XIX. fol. 210. ſeqq. ipſe probat. Conf. *B. Danh.* Hodoſoph. fol. 601. ſeqq. omninò) *flectat ſe omne genu cœleſtium, terreſtrium ac inferorum*, Phil. II, 9. 10. Subjectum Exaltationis quod, eſt Perſona CHRISTUS JESUS. Phil. II, 5. 9. Qvô, *Humana Natura* (Deus ἐχαρίσατο, v. 9.) ſed *in unione* (dedit Illi αὐτῷ, l. c.) conſiderata. Divinitas enim nec proficere in melius, nec exaltari poteſt. Forma eſt μορ-

φὴ

Φῶς τοῦ Θεοῦ, ſeu gloriæ ac maje-ſtatis divinæ, ad liberam, plenariam, omnipræſentem, omnipotentem omnimodam, inceſſantem uſurpationem ( non *Relativa* tantùm *manifeſtatio*; ſed ) *Realis* ac ſimultanea *Collatio*, [*Relativa* enim gloriæ *manifeſtatio* eſt *ſucceſſiva*, & hactenus *tantum particularis*: *univerſali* ad judicium reſervatâ. *Collatio*, inqvam, *nominis ſuper omne nomen*, ſive majeſtatis divinæ [μορφῇ Θεοῦ] ad univerſalem ac inceſſantem χρῆσιν, Phil. l. c. [Κτῆσιν enim jam inde à *primo unionis momento* Coll. II, 3. Joh. XVII, 5. *habuit & radios ejus nonnunqvam* Joh. II, 11. IV, 46. V, 8. 9. 36. VI, 11. ſeqq. IX, 7. 11. 15. XI, 42. 43. 44. 47. Luc. V, 22. ſeqq. in ſtatu exinanitionis *ſparſit*;] & *collatæ filiationis plenariam* κληρονομίαν, Ebr. I, 2. 4. 5. Finis eſt *genuflexio* [ ſpiritualis ac *religi-*

*ligioſa;*] *Divinus cultus*, Eſ. XLV, 23. & *ab omni lingva glorificatio* Phil. II, 11. Reliqva vide ſeqq. § LXXII. ſeq.

(ad cujus plenarium Uſum,

## LXX.

Temporarium enim [utdictum] partialem ac interruptum Majeſtatis uſum etiam in ſtatu Exinanitionis [qvod miracula teſtantur] habuit *Converſione a-*

P. *qvæ in vinum edidit* ἀρχὴν σημεί-ων INITIUM (argillaceæ ergò Papiſtarum aviculæ, vid. *Lib. de Infant. Chr.* ſunt infantilas fabulæ) SIGNORUM JESUS *in Cana Galiæa, & manifeſtavit* GLORIAM *ſuam & crediderunt in eum diſcipuli ejus*, Joh. II, 9. 11.

## LXXI.

pera & tò totius Perſonæ Deſcenſu,

P. CHRISTUS *mortificatus carne, vivificatus autem Spiritu, abiit* (in infernum) *& Spiritibus* (damnatorum animabus) *qui*

P. *erant in* (infernali) *carcere* (inobedientibus nimirum illis, &

No-

Noacho qvondam credere no- C.
lentibus adeoqve damnatis)
*prædicavit*, 1. Pet. III, 18. 19. 20. P.
Subjectum igitur eſt *totus Chri- W.
ſtus ζωοποιηθεὶς ſive ex mortuis* R.
*redivivus*. l, c. Nam *qvi aſcendit* S.
[in cœlum,] *idem etiam deſcen-*
*dit* [in infernum] Eph. IV, 9. *At*
totus Chriſtus redivivus aſcen-
dit, & non ſola anima. *Ergo*
etiam totus, non ejus anima ſo-
la deſcendit. Forma eſt *realis* P.
*πόρευσις* ac *deſcenſus* l. c. Pet. V,
18. [Id eſt enim πόρευσις, Ioh.
IIX, 1. XI, 11. Matth. XXVII. ult.
XXIIX, 19, *reali aſcenſioni* (Eph.
IV, 10. coll. Act. I, 9. 10. 11.) *oppo-*
*ſitus* Terminus eſt *infernus da-* P.
*mnatorum, incredulorum carcer,*
1. Pet. III, 18. Φυλακὴ enim ſem-
per in malam partem eſt, Matth.
V, 25. Luc XII, 58. Apoc. XIIX, 2.
XX, 7. Deſcribitur per κατώτερα
μέρη τῆς γῆς, Eph. IV, 9. 10. per
*ſimilitudinem* qvandam, *non*

*qvòd*

F. *qvod infernus ſit in centroterræ*, Vid. *Calov.* Bibl Illuſtr. h.l, fol. 701. ſeqq. FINIS eſt *prædicatio*, 1. Pet. III, 19. non Evangelica, ſed

P. *terrifica & realis*, qvâ ſe mortis ac inferni victorem oſtendit, damnatosqve ἀπιςίας damnavit.

LXXII.

*Aſcendit ſuper omnes cœlos.* & Aſcenſu.

S.M.a. Eph. IV, 10. coll. Act. I, 9. 10. 11. ASCENDO *ad Patrem meum*, Ioh. XX, 17. collat. Marc. *XVI*, 19. ASCENDENS itaq; ſive SUBJECTUM QVOD. *eſt tota Perſona*; *JESUS rediturus ad judicium* Act. I, 11. Pſ. *XLVII*, 6. SUBJECTUM QVO natura humana (in unione conſi-

C. derata, & non velut cauſa adminiſtrans tantùm] *ſecundum qvam diſcipuli eum viderunt*, Act. I, 9. 10. 11. MODUS ſiſtit nobis *progreſſionem in altum, realem* πρόβασιν [Act. I, 9. 10. 11. *Ivit* enim l. c.) *viſibilem* [*videntibus diſcipulis*, v. 9.] ἀνάληψιν, Luc. XXIV, 50. 51, Marc.

Marc. XVI, 19, & *κατ᾽ οἰκονομίαν* *usqve ad nubes, localem atqve ſucceſſivam* διάστασιν ac ἀναφορὰν, Luc. XXIV, 51. Qva, motûs ſpecie poſt ſubductionem ex oculis iverit, qvia *nubes texit*, (Act. I, 9.) non retegere poſſumus. Certè, ſi, poſtqvam nubes eum texit, *ſucceſſivo communi motu*, uti primùm fecit, iviſſet, nondum in cœlum perveniſſet: qvia Sphæra *IIX.* juxta Ptolomæi computum, à terra diſtat 65257500. milliaria. Vide Dn. D. Bebel. *Diſſertat. Apologet*, *pro B. Danh. contra Wendel. f.* 5. *ſeq.* TERMINUS *ad qvem*, eſt *cœlum ipſius DEI* (Eſ. *LVII*, 15.) *omnipræſens* illud, *unde Deus reſpiciens, preces exaudit* (Matth. VI, 9. 1. Reg. IIX, 32. Pſ. XIV, 2. XXXIII. 13.) *ἀπρόσιτον* (1. Tim. VI, 16. *ſublimius cœlis* (Ebr. VII, 26.) (OMNIBUS (ὑπεράνω πάντων οὐρανῶν,) Epheſ. IV, 10. Ergò aſcendit

C.

non

non ſolùm *ſuper* aërium & ſidereum, ſed *etiam tertium illud* (2. Cor. XII, 2.) cælum. His omnibus enim cœlum DEI ſolum ſublimius eſt. FINIS eſt *plenaria majeſtatis infinitæ uſurpatio* (Eph. IV, 8. Col. II, 15.) tùm *ut locum nobis* (Joh. XIV, 2. ſeq. Ebr. XII, 22.) *pararet: Advocatus noſter* (Ebr. IX, 24.) *eſſet*, & *Spiritum Sanctum Eccleſiæ ſuæ* (Joh. VII, 39. XVI, 7. Eph. IV, 8.) *mitteret*.

LXXIII.

*JESUS ad dextram throni Dei conſedit*, (Ebr. XII, 2.) *qvia dixit* JEHOVA DOMINO (*Meſſiæ Chriſto*, Matth. XXIII, 42. 44.) (SEDE A DEXTRIS MEIS, Pſal. CX, 1. Ebr. I, 23. SUBJECTUM ergo Qvod ſeſſionis eſt *Perſona* θεάνθρωπος, Jesus (Ebr. XII, 2.) CHRISTUS (Matth. XXII, 42. 44. 1. Petr. III, 21.) *Filius Dei*, Ebr. I, 13. SUBJECTUM QVO θεανθρώπου,

per Seſſionem à Dextris, pervenit.)

θρώπȣ) adeoqve in unione con-
ſiderata *Humanitas*, qvia hæc C.
ſola per βελτίωσιν exaltari po- F.
tuit. RELATUM *eſt dextra Dei*, P.
*non abſolutè* [ut eſt totius Tri-
nitatis. Aliàs Chriſtus ad ſui
ipſius, & Spiritus S. dextram ſe-
dere dicendus eſſet, qvod ἄγρα-
φὸν] *ſed relatè* DEI PATRIS, ſive
*qvatenus eſt ad Dei Patris Per-*
*ſonam determinata*, & in ſola Dei
Patris Perſona conſiderata, (*ſede*
*à dextris* MEIS, inqvit Pater, Pſal.
CX, 1. Conf. Rom. IIX, 34. &
*Symbol. Apoſt.*) non ipſius FILII,
nec SPIRITUS Sancti, qvam φρά-
σιν ignorat Scriptura, cum qva
loqvendum. Vid omninò *Dorſch.*
Pentadec: ad Diſp. XIII. fol. 475.
ſeq. *Danh.* Chriſtoſoph. fol. 311.
ſeq. Hæc autem *dextra Patris non*
eſt *locus*, alias ei ſiniſtra eſſet op-
ponenda, qvod de DEO dicere
ineptum, *ſed regnum divinum,*
*omnipræſens, omnipotens, omni-*

C. P. C. S. R. A. Q.

*ſcien-*

*ſcientiâ majeſtaticum, ſumme glorioſum*, Matt. XXVI, 64. Ebr. I, 3. Matth. XIX, 28. XXV, 31. *Regnum*, inqvam, *& dominium divinum infinitumq́, NON ABSOLUTE & ILLIMITATE conſideratum, ſed qvatenus ſpectatur in ſecunda Perſona SS, Trinitatis, quæ NB: factâ incarnatione, pro peccatis ſatisfactione, tollerata morte, ſecutâ reſurrectione & aſcenſione, majeſtate in momento unionis perſonalis communicatâ, divinâ & ineffabili præſentia regnat.* Verbo: *eſt dominium divinum â DEI filio vi unionis perſonalis & exaltationis immediatè in omnes creaturas exercitum*, Conf. omninò *Schröder. Thron. Regal* fol. 155. ſeqq. ejusqve *Vindd. in Sceptr.* Regal. & *B. Dorſch.* tot. Diſp. XIV. & XV. §. 6. Pentadec. Et ad hujus Regni adminiſtrationem evchi, eſt, phraſi Scripturæ, *ſedere ad dextram DEI.*

FINIS itaqve hujus ſeſſionis eſt *omnipotens ac omnipræſens regimen* ( potentiæ, gratiæ, gloriæ) in *Eccleſiæ* (potiſſimum) *gubernatione, conſervatonei protectione*, (Pſal. II, 9. CX, 2. Dan. X, 21. Eph. I, 22. ſeq. V, 23. IV, 12.) *Hoſtium* [tàm corporalium, qvàm ſpiritualium,] *ſubjugatione*, [Pſal. CX, 1. ſeqq. 1. Cor. XV, 24. ſeqq.] *mortuorum ſuſcitatione*, [Johan. V, 27. ſeqq] *eorum* cum viventibus *judicatione*, verſ. 22. 2. Tim. IV. 1.] *piorum glorificatione*, (Phil. III, ult.) & *impiorum cum diabolis damnatione*, [Matth. XXV, 41.] conſpicuum. Hæc enim ad divinum regimen pertinent.

## LXXIV.

Judex futurus Vivorum ac Mortuorum

*Hic* JESUS, ὃν τρόπον eo [viſibili] *modo, qvo* VIDISTIS *euntem in cœlos, redibit* [Act. I, 11.] JUDICARE *orbem Terrarum in Juſtitia*, Act. XVII, 31. *Pater*

enim

enim *neminem* (ſolus, ſine Filio) *judicat, ſed omne judicium dedit* [etiam) *Filio* (qva homini,, ὅτι-υἱός ἀνθρώπȣ ἐστι) *ad cujus vocem* (omnipotentem) *prodibunt omnes, qvi in monumentis* (aut unqvam mortui) *ſunt, boni qvidem in reſurrectionem vitæ, mali in reſurrectionem condemnationis*, Joh. V. 22. 27. 28. 29. Summa: *Dominus* JESUS *judicaturus eſt vivos,* ( *qvos dies Domini vivos deprehendet*, 1. Theſſ. IV, 1. ſeq.) & *mortuos*, 2. Tim. IV, 1. Norma judicii reſpectu Impiorum LEX, reſpectu piorum vero *Evangelium* erit Rom. VI. ult. Gal. III, 10. Joh. III, 8. 36. Conf. *Brev. Hülſem.* c. XVI. §. 1. *Sententia* erit ITE [in ignem] VENITE [in æterna gaudia] *Proceſſum* Salvator ipſe deſcribit Matth. XXV, 31. ſeqq.

LXXV.

G. Probanda eſt Spiritus Sancti

(tq. ſecundæ Perſonæ) jungenda eſt tertia SPIRITUS SANCTUS

(I) DIVINITAS Appellatur enim DEUS (Actor. V, 3.4.9.) יהוה, (Sam. XXIII, 3. Eſ, VI, 8. coll. Act. I, 6. XXIIX, 25. Eph. III, 5. 1. Pet. I, 11. 2. Petr. I, 21.) Vid. *Colleg. Anti-Socin.* fol. 35.39. ſeqq. *Eſt cum Patre* UNUM (ſive ὁμοούσιος 1. Joh. V, 6. adeoqve NB. etiam αὐτόθεος. Vid. *Hülſem. Brev.* c. II, Th. XIX. & repete *præced.* §. XLII.) *omnipræſens.* (Pſal. CXXXIX, 7.) *æternum,* (Ebr. IX, 14.) *omniſcius, ſcrutans* (*ſcrutinio* ſcil. divino ac *omniſcientiæ,* qvale ipſi Deo Pſ. VII, 10. tribuitur: *neqvaqvam* verò *ignorantiæ*) *profunditates ipſius* DEI (1. Cor. II, 10. Eſa, XL, 13.) *creaturis inſcrutabiles,* (Eſa. I, c. Rom. XI, 34.) *religioſè* Eſa. VI. 3. coll. Act. XXIIX, 25.) *adoratur : in eundem* (Matth. XXIIX, 19.) *baptiſamur, adeoq́; credimus: in ipſum* (Eſa. LXIII, 10.) *peccamus,* & qvidem (Matth. XII, 31.) *irremiſſi-*

*miſſi-*

*miſſibiliter*: Ipſi etiam *opera merè divina*, *Creatio*, (Gen. I, 2 Joh. XXVI, *13*. Pſalm. XXXIII, 6. CIV, 30.) *Miraculorum patratio*, (Luc. I, *35*. Matth. XII, *28*) &c. paſſim attribuuntur. Verè paradoxum eſt problema paradoxum C. C. S. S. Sandii, *Annon per Spiritum S. Sanctorum Angelorum genus qveat intelligi?* Seqvitur autem ſententiam *Bidelli*, qvi ſtatuit, *Spiritum Sanctum eſſe Perſonam Angelicam*, *qvi autem per tot Individua dividatur.* Unde etiam Sandius credit: *Spiritum Sanctum eſſe totam collectionem Spirituum Sanctorum*, ἅτερ καὶ ἀντὶ γραφῶν, (II) Personalitas: *Dona* ἰδίᾳ *distribuit unicuiqve ſicuti vult*, (1. Cor. XII, *11.*) *ſuper Chriſtum deſcendit, & in corporali ſpecie columbæ aſſumtâ* (Luc. III, 22.) *apparuit.* Vid. Colleg. *Anti-*



G. J. Vh. M. S. A. &c.

*Socin. fol.* 183. ſeq. Eſt. παράκλητος, & qvidem (Joh. XIV, 16.) ἄλλος & πνεῦμα *cum maſculino*, ἐκεῖνος, (Joh. XIV, 26. XV, 26. XVI, 13. ſeq.) conſtruitur; *intelligit*, (Eſ. XI, 2.) *ſcrutatur* (1, Cor. II, 10.) *profunda DEI*: πῶς καὶ τὶ *dicenda Apoſtolis ſuggeſſit*, & *per eosdem* (Marc. XIII, 11.) *locutus eſt*; *exacerbatur* (ſive ad iram commovetur, (Eſ. LXIII, 10) *futura* (Joh. XVI, 13. ſeq.) *prædicit*; *miniſtros ſibi ſegregare jubet*, & *officiales* [Actor. XIII, 2.] *aſſumit*.

LXXVI.

à Patre, Filioq; procedentis;

SPIRITUS, *qvi à Patre procedit*, Joh. XV, 26. *Pater eum mittit in nomine Filii*, c. XIV, 26. IPSE FILIUS *mittit eundem a Patre*, c. XV, 26. Vocatur *Spiritus Filii*, [Gal. IV, 6. &) *Chriſti*, [Rom. IIX, 9.) *Spiritus Oris*, [2. Theſ. II, 8.) & *labiorum Chriſti*, [Eſa. XI, 4.] qvia Filius eum ſpirat & mittit,

tit. NB. Nulla enim Perſona mittitur ab ea, à qva non procedit. Missio enim *eſt æternæ proceſſionis, in tempore facta manifeſtatio.* Unde ſolus Pater miſſus non legitur, qvia à nulla Perſona procedit. Vid. *Pogram. noſtr.* Pentecoſtal. anno. 1671.

LXXVII.

Qvæ SS. Trinitas eſt CREATOR omnium.

Creavit אלהים (*i.e. qvælibet divinarum Perſonarum,*) Geneſ. I, 1. Verbo Jehovæ *cœli firmati ſunt*, & Spiritu *oris ejus*, &c. Pſ. XXXIII, 6. Joh. I, 3. coll. Col. I, 16. Joh. V, 17. *Spiritus S. incubabat aqvis*, Geneſ. I, 3. & *Jobum fecit*, Job. XXXIII, 4. Creatio eſt opus ad extra. Ergò totius Trinitatis *Ego* Jehova *facio* Omnia Solus (absqve cauſa ſocia,) *expando terram* Per Me Ipsum (absqve cauſa inſtrumentali,) Eſ. XLIV, 24. Creatio verò eſt productio ex nihilo Negativo

G.J.Vh.M.S.A Vh.J.Ph. Mat. Vh.

*Vocavit* enim *Deus* μὴ φαινόμενα, *ut fierent* βλεπόμενα, Ebr. XI, 3. Qvæ verò in oculis ipſius Dei non apparent, ea purum putum NHIL ſunt. Conf. (Rom. IV, 17.) & PRIVATIVO (rectius INHABILI) qvale fuit Chaos rude & inhabile, *Tohu & Bohu* dictum, Gen. I, 2.

LXXIIX.

Cœli nim & Terræ In *Principio creavit DEUS Cœlum & terram*, Gen. I, 1. *perficiens* SEX DIEBUS *cœlum & terram*, *cum* OMNI EXERCITU *illorum & ſeptimi initio qvievit* (ſive creare ceſſavit) Gen. II, 1. 2. *Primô momento* produxit Chaos ſive corporum omnium confuſam materiam: *primo Triduo* tria prima corpora *diſtinxit*, Gen. I, 3. 4. ſeqq. *altero triduo* verò ea *exornavit*; *cœlum* videlicet *ſtellis*, *die qvarto*, (Gen. I, 14. ſeqq.) *aqvam piſcibus*, *contiguumqve aerem volatilibus*, Gen. I, 20 ſeqq.

*qvin-*

G. Ph. Q. R.

*qvinto*: *terram* deniq; *animantibus,horumqve Domino* HOMINE, (Gen. I,24. ſeqq.) *ſextò*. Qvia verò Deus cœlum ac terram & OMNIA IN EIS (Eſ. XX, 11.) produxit, ergò etiam materiam primam creavit. *Hieron.* ſubtiliter probat ex *Eph. I,4.* Vide *Eſt. in h. l. fol.* 593.

Mat.

## LXXIX.

ANGELORUM.

*Creat DEUS Angelos ſuos Spiritus* Ebr. I, 7. coll. Pſal. CIV, 4. Col. I, 16. *Spiritus* inqvam, *immateriatos*, Luc. XXIV, 39. *ſubtiliſſimosqve*, ut *integra etiam Legio* (*i. e.* πολλοὶ *multi* l. c. *Legio* enim ap. Romanos 12500. alias 6666. vel ad minimum 6000. militibus conſtabat.) *unum hominem occupare* qveat. Marc. V, 9. *completos* (ſive ad corpus non ordinatos. *Aſſumtio* enim *corporum* tantùm erat παραστατικὴ, adeoqve nec verè comederunt, minimè omnium

Ath. Sad, Ma, Q. Ph.

 verò

verò generârunt, *intelligentes* [2. Sam. XIV, 20.] conſeqventer *volentes*, qvod ex eorundem *Legationibus & locationibus* Luc. I, 13, ſeq. II. 10. ſeqq. 14. Marc. XVI, 6. conſtat (adeoqve ὑφιςάμϑρα ac Perſonas) *immortales, æviternos, potentes, valentiſſimos robore,* Pſal. CIII, 20, 2. Theſſ. I, 7. Eph. VI, 12. 2. Reg. XIX, 35. coll. Job. XI, 18. ſeqq. *in laudem DEI,* Job. XXXIIX. Eſa. VI, 3. Pſal. CIV, 4 Dan. VII, 10. Matt. VI, 10. *Hominumqve* [an qvilibet *peculiari gaudeat* ? non liqvet. *Unum multis*, Pſ. XXXIX, 8. Dan. X, 13. *multos vicisſim uni* Pſal. XCI, 11. *deputari* legas.) *cuſtodiam*, Ebr. I, 14. *non cultum*, Gal. IV, 8. Apoc. XIX. 10, XXII, 8. ſeq. Deut. VI, 13. *De ordinibus* eorum ita Paulus: *Per Filium creata ſunt inviſibilia, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates,* Col. I, 16. Qvæ veriora ac certiora ſunt, qvam

*Dyoniſiaſtri* ſomnia de Angelicis Hierarchiis, qvibus etiam *Arch-Angelos* jungit, contra Scripturam, qvæ *unus* duntaxat *creati Archangeli* qvæ certè Hierachiam neqvit conſtituere, & *omnium Angelorum Princeps* juxta. *Eſt h. l. deberet eſſe ſupremus in ſuprema Hierarchia* 1. Theſſal. IV, 16. *meminit*.

## LXXX.

Angeli omnes creati ſunt boni. *Omnia* enim, *qvæ fecit Deus, erant valdè bona*, Gen. I, 31. Unde mali dicuntur *non ſervaſſe* ἀρχὴν (principatum, originem ac Principium ſuum in bono,) Jud. V, 6. (qvorum quidem in Bonitate con creati

C.

## LXXXI.

*Nos ſumus futuri* ἰσάγγελοι Luc. XX, 36. Ergò Angelis ad minimum pares. At nos tunc peccare, & beatitudine excidere non poterimus. Ergò nec Angeli boni. Ideò *Angeli vocan-* sunt confirmati.

R.

 *tur*

*tur electi*, (1. Tim. V, 21. non, qvod ex maſſa perditionis, in ea enim nunqvam jacuerunt, ſint ſegregati ;, ſed) qvia *inſtar electorum hominum* in ſtatu gloriæ peccare neqveunt, Ita *ſemper vident faciem Dei*, Matth. XIIX, 10. *ut* Apoſtolus *falſam prædicationem Angelis bonis per hypotheſin impoſſibilem tribuat*, Gal. I, 18. *Nemo hominum beatitudinem ſemel ingreſſus, eâ excidere & peccare poteſt*, Rom. VI, 7. Ergò multò minus Angeli boni.

LXXXII.

post ſpontaneum Cæterorum lapſum

*Non ſervârunt* (qvod, bonorum exemplo, omninò poterant) *ſuum principatum* [originem in bono] *derelinqventes* [ergò ſpontè, non violenter expulſi] *ſuum domicilium* Jud. V, 7. Unde *in veritate non ſtantes* [Joh. IIX, 44.] *ab initio peccantes* [Joh. III, 8. 2. Petr. II, 4.] & *deſertores* [Jud. V, 6.] dicun-

tur

tur. NB. Qvô *peccati genere*, non eſt definitum. *Superbiam* tamen fuiſſe, ex Eſ. XIV, 12. ſeq. coll. Gen. III, 5. Matth. IV, 9. ſeq. multis non improbabile viſum. Uti vero *boni in bono* ſunt divinitus *confirmati*: ita *mali* à ſe ipſis *in malo* ſine ulla ſpe veniæ, (*æternis* enim ſeu *nunqvam relaxandis vinculis* & catenis *ad damnationem* actu *reſervantur*, 2. Petr. II, 4. Jud. V, 9.) *ſunt incorrigibiliter obfirmati* & obſtinati.

LXXXIII.

*Creavit* DEUS HOMINEM *de limo terræ*: *inſpiravit ſpiraculum vitæ* (animam, qvæ primâ origine producta hodiè per *generationem*, vi verbi omnipotentis: CRESCITE & MULTIPLICAMINI, Gen. I, 28. coll. 22. propagatur) *in faciem* (en corpus!) *ejus, & factus eſt homo in animam viventem*, Geneſ. II, 7. *Marem autem & fœminam creavit*, Gen. I, 27. & HOMINUM,

I, 27. Si hodie ſolum corpus (non etiam anima) à parentibus eſt; tùm nec [α] totus homo à Parentibus eſſet, nec (β) nos in Adamo peccare potuimus. Niſi enim animam ab Adamo habeamus, peccati (cujus πρῶτον δεκτικὸν anima eſt) illius hæredes eſſe neqvimus: qvia ratione animæ in Adamo non fuimus. Vid. irrefragabiliter oſtenſum à *Cornel. Martin.* Comp. Theol. fol. 194. (γ) Opinio creationis animarum Deum autorem peccati facit, injuſtitiæ arguit, & cum Pelagianis denuò peccatum Origi. inficiatur. Si enim Deus (I) creat *puram*, ergò in Adamo non peccavit, eſtqve ſine omni labe originali. Si (II) *impuram*; Deus erit cauſa peccati & impuritatis damnabilis, qvod dicere eſt blaſphemum. Si (III) *non-puram*; anima erit ſine imagine Dei. At hæc *carentia*



Q.Ph.No.

*imaginis* eſt *pars peccati originalis.* Cujus cauſa non poteſt referri in animam ipſam. Si enim non fuit in & ab Adamo. Adamus eam inqvinare non potuit, ipſiqve lapſus illius nocere neqvit. Culpa igitur iterum redundaret in Deum; à qvo piæ aures abhorrent.

## LXXXIV.

Primus fuit *Adamus*, Gen. II, 21. ſeqq. *per qvem omnes homines peccarunt*, Rom. V, 12. & *Eva*, Gen. II, 22. *ex Adami coſta creata*, Gen. II, 22. ſeq. *qvæ eſt Mater* OMNIUM VIVENTIUM [ hominum ] Gen. III, 20, *Ex qvorum* UNO SANGVINE *Deus* πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων *totum genus humanum* FECIT, Act. XVII, 26. Qvid multis? diſertè *Adamus* πρῶτος ἄνθρωπος *primus homo* 1. Cor. XV, 45. dicitur, adeò, ut fabula *Præ-Adamitarum* [ ab ipſomet Autore *Iſaac Peyrerio* tan- (qvorum primus erat Adamus)

tandem exlpoſa & retractata,) maneat Fabula.

LXXXV.

INTE-GRO-RUM.

*Creavit DEUS hominem ad* P.
*imaginem* ( & ſimilitudinem, i. e. imaginem ſimillimam צלם enim & דמות in ſenſu Biblico non differunt,) *ſuam*, *ad imaginem DEI creavit eum, marem ac fœminam* (ergo etiam illa ad imaginem formata erat) *creavit eos* Geneſ. I, 27. *Ad imaginem DEI*, inqvam, i. e. *in juſtitia ac ſanctitate veritatis*, Eph. IV, 24. Verbo: ישר RECTUM ( planè, ſine ulla obliqvitate,) Eccl. VII, 30. Qvoad *intellectum in ſufficiente DEI* ( Col. III, 10) & *creaturarum* ( ex *Domino*, Gen. I, 26. qvod eſt imaginis pars ſecundaria, ſive minus principalis, & *impoſitione nominum*, Gen. II, 19. reſplendeſcente ) *cognitione* S. qvoad *voluntatem* & *appetitum* in liberrima, prompta & perfe-

Ant.Schvv.P.C.

S.

cta conformitate ſive *harmonia cum voluntate divina*, Eph. IV 24. Et qvia hæc hominis integri perfectio (qvæ cum homine ipſo cœpit, nec ad momentum ab eodem abſuit) *erat ſtatus primæ Creationis*, Monaſticum figmentum eſt *ſtatus purorum naturalium*, Scripturæ prorsùs incognitus.

## LXXXVI.

*Immortalitas* totius ſuppoſiti *immortalitatem animæ, & non-mortalitatem corporis*, complectitur. ANIMA igitur immortalis eſt, ſive mori non poteſt, qvia eſt *Spiraculum vitæ* (Gen. II, 7. vid. Proverb. XX, 27.) intra ſe nullam morta litatis cauſam habet, & *ne in homine quidem lapſo ab hominibus interfici* (Matth. X, 28.) *poteſt*: Qvamvis *ex rebus ſub Sole* (ſive ſolô lumine naturæ) *judicandô & ſapientiſſimo Salomoni*, cum immortalium.

anima

Sch,No.
Ep,St,Sac,Ath,Pe,S,R,P,No.

*anima bruti interire videatur;* Eccleſ. III, 19. ſeq. NB. *Neqve* enim *poteſt ullâ ratione humanâ convinci ejus immortalitas : B. Luth.* Comm. in l. c. Eccl. *Conf. Hülſ. Brev.* CXVI, Th. I. CORPUS *non mortale* erat ( ſive non mori poterat ) qvia *ſtipendium peccati* (non conditio inſtitutæ naturæ ) MORS (Rom. V, 12. VI, ult,) tanqvam *pœna commeſtionis prohibitæ* ( Gen. II, 17,) eſt. DEUS enim *creavit hominem ἐν ἀφθαρσίᾳ mortemqve non fecit,* ( Sap. I, 13. II, 23. ) & Chriſtus à mortalitate nos liberans, *immortalitatem nobis recuperavit,* 1. Cor. XV, 54. 55. 56. coll. 21. *Generatio* hominis integri, *multiplicationis* tantùm *medium;* non *mortalitatis remedium,* Gen. I, 28, fuiſſet. *Arboris vitæ uſus* [Gen. II, 17. coll. 9.] *immortalitatis hypotheticæ , ordinatæ, animalis & naturalis* argumentum

tum eſt: & *pugna qvalitatum perfectiva*, non *corruptiva* locum habuit. *Negatio generationis* ac *cibi* (Luc. XX, 35. ſeq. 1. Cor. VI, 13.) ſolam *immortalitatem ſpiritualem* (alterius vitæ, 1. Cor. XV, 44. ſeq.) non *animalem* (Status integri) arguit. Vide omnino Coll. Anti-Socin. *fol.* 240. *ſeqq.* & Dn. Rudrauff. *Philoſ. Theolog. fol.* 147. *ſeq.*

LXXXVII.

(I.) Habitaculo *ſcil. Paradiſo* גן ערן *horto voluptatis*, Gen. II, 8. ſeq. Vid. *Lütkem.* Diſſert. de prim. Hom. habitaculo primo, & *Hotting.* Ennead. Diſp. III. (II.) Otio. *Labor* enim ille in *cultura* & *cuſtodia amœniſſimi horti* (Gen. II, 15.) non erat negotium laborioſum, ſed jucunde, omnis tædii ac defatigationis expers, otioſum. (III.) Dominio. *Faciamus hominem*, qvi *dominentur* [Plurali

ſumme felicique,

ral.) *in piſces maris, volucres cæli, beſtias, univerſam terram, & in omnia reptantia ſuper terram*, Gen. II, 26. *Benedixit eis Jehova, dicens: Implete terram, eamqve vobis ſubjicite*, &c. V, 28. Qvod Dominium ſeſe etiam ad *Angelos & Aſtra* extendiſſe Scriptura nullibi aſſerit.

## LXXXIIX.

uamet verò culpa LAPSORUM

*Adamô* ex Dei-formitatis concupiſcentia *interdictum de non commedendo* [Gen. II, 17] *violante, per unum hominem peccatum in mundum intravit*, & *per peccatum mors*, Rom. V, 12. *Non Dei culpâ*, [Pſal. V, 5.] *qvi hominem* RECTUM [Eccl. VII, 30.] & *ſummè juſtum ſanctumqve* [Eph. IV, 24.] *creaverat*, ſed *fraude Diaboli* [Gen. III, 1. ſeqq.] & neglectu imaginis concreatæ, cujus uſu homo Satanæ reſiſtere & in integritate perſiſtere potuiſſet. Spontè igitur & propriâ

pria culpa imaginem ſibi ipſi ac omnibus poſteris perdidit, eorumqve naturam in univerſum depravavit. *Per inobedientiam enim unius hominis peccatores conſtituti ſumus omnes*, ( Rom. V,19.) *Unius delictô moriuntur* (v. 15.) & *condemnantur omnes*. Verbô, *Sic in omnes homines per illum hominem mors pervaſit*, ἐφ᾽ ᾧ In Qvo (Adamô) *omnes peccarunt*, v. 12.

LXXXIX.

Peccati; qvod eſt ἀνομία, 1. Joh. III, 4, *receſſus à lege*, velut חטא *à via*, Prov. XIX, 2. ac *Scopo* Jud. XX, 16. adeoqve *privatio verà*, ſed *non mera*. Non enim ſolum *non juſti* ſed *injuſti*: Dei non tantùm *non-amici*, ſed hoſtes ſumus, In intellectu non ſola *ignorantia* ſed etiam *error*: in voluntate nòn ſolùm *abeſt amor*, ſed *adeſt* etiam *odium*, *rebellio*, *contumacia*, *hoſtilitas* erga

nunc à Generatione Peccaminoſorum.



No.Ph.P.R.S.

Deum, Rom. IIX, 7. Sumus *SINE metu Dei*, & Cum *concupiſcentia*, A. C. a. II. Non eſt nuda *à bono abſtractio*, ſed inſuper *ad malum inclinatio & propenſio. Hæc inductiva ad malum proclivitas* Jacob I, 14. *ſubjectum ad malè operandum inducens, inſtigans & efficaciter disponens, eſt omninò* Habitus *pravus, & corruptus, non niſi poſitivam naturam ac rationem ſapiens.* Vid. Dn. *Rudrauff.* Philoſ. Theolog, Exhib. XIX. Cæterùm peccatum per ἀνομίαν; non vero per ἑκούσιον definit Apoſtolus. Non enim ſemper ἑκουσίως committitur. Unde *peccata ignorantiæ, imprudentiæ, incogitantiæ*, Act. III, 17. I. Tim. I, 13. Num. XV, 27. ſeq. dicuntur, ] Originalis *originantis* veritas §. præced. patuit. Hic probatur, Originalis *originati exiſtentia* ac *propagatio.* Exi-

STEN-

STENTIAM adhuc evincit locus Rom. V, 12. 15. 16. 19. De ἐφ' ᾧ Vid. *Calov.* Anti-Gror. h. l. ex B. *Hülſemanno.* PROPAGATIONEM docent ſeq. *Adamus* enim *lapſus genuit filios* (non ad Dei, ſed] *ad* SUAM [i. e. corruptam, peccaminoſam] *imaginem,* Gen. V, 3. *Ex carne caro* [corrupta,] Johan. III, 6. *immundi ex immundis,* (Job. XXV, 4. XIV, 4,) *in peccatis* qvippe *concepti* (Pſal. LI, 7,) *adeoqve mortales,* (Rom. V, 12. VI.
Pe ult,) *ad ſpiritualia cœci* (Eph.
P. IV, 18.) *imò planè mortui,* (Eph II, 15) conſeqventer *naturâ filii iræ* [verſ. 3.] *ac æternæ damnationis rei* (Joh. III, 5. 6. 18. 36. 1, Cor. XV, 22.) NASCIMUR. Ex qvo originali peccato, ad qvod etiam *originalis concupiſcentia* (*non noviſſem concupi-*
P. *ſcentiam originalem eſſe pecca-*
Pe*tum, niſi lex dixiſſet, non concupiſces.* Rom. VII, 7,) pertinet, omnia

omnia peccata *actualia* (*involuntaria* ac *p* *æretica*: *omiſſionis* ac *commiſſionis*: *regnantia* ac *non regnantia*, &c. Diſtinctio inter *Mortale* & *Veniale* non competit peccato *in ſe*. *Omne* enim *naturâ ſuâ eſt mortale*. *Qui non manet in* OMNIBUS, jure *maledictus eſt*, Gal. III, 10. *Si qvis* enim *offenderit tantum in* UNICO, etſi per ſolam προσωποληψίαν id contingat, Jac. II, 9. (Vid. Danh. *Hodo-ſopha fol.* 252. Rivet. *Tom. III. Oper. fol.* 58.) non obſtante, qvòd *alias totam legem ſervâſſet* nihilominus *factus eſt* OMNIUM REUS, Jac. II, 10. Qvædam vero *venialia* dicuntur *ex eventu* vel *æſtimio divino* in ſolis fidelibus. Vide B. Hulſe. *Brev. c. V. th. ult. Supplem.* Verbo: *Venaila* dicuntur, quia *veniam habent*, *non qvia merentur*,) pullulant. *Unusqvisqve* enim *tentatur* (ad peccandum) *dum*

*cum*

*eum propria concupiſcentia abſtrahit* (ἐξέλκυσα,) *& ineſcatur* (δελεάζυσα,) *deinde concupiſcentia, poſtqvam concepit* (συλλαβῦσα) *parit* (τίκτυσα) *peccatum* (foras erumpens: *peccatum verò* (actu externô) *perfectum parit mortem*, Jacob. I, 14. 15. *Ex corde* (enim pravô) exeunt (non tantùm *malæ cogitationes* ſed etiam) *adulteria, ſtupra, homicidia, furta, &c. Omnia hæc ab internis procedunt & inqvinant hominem* Marc. VI, 20. ſeqq.

XC.

Je. *Non eſt homo, qvi non peccet* Eccl. VII, 21. *Qvicqvid enim de carne natum eſt, caro eſt*, Joh. III, 6. *Per unum hominem peccatum in mundum & omnes homines tranſiit*, ἐφ᾽ ᾧ πάντες ἥμαρτον. Rom. V, 12. *Per unius* (Adami) *delictum* (propagatum eſt malum in omnes homines *ad condemnationem*

& inUniverſum(ne Matre qvidem Domini exceptâ,)

F

onem, verſ. 18. *Omnes ſunt peccato obnoxii, non eſt juſtus, ne unus qvidem: totus mundus* (propter peccatum) *eſt obnoxius DEO*, Rom. III, 9. 10. 19. Etiam B. Virgo. *Mortua eſt enim* (Vid. *Baron.* ad an. XLIIX. n. 11.) *At ſtipendium peccati Mors*, Rom. VI, ult. Qvorum Chriſtus Redemtor eſt, *ii omnes in Adamo fuerunt mortui* (Rom. V, 11. ſeq.) *At Chriſtus eſt Redemtor* (*ſine exceptione*) *omnium omnino hominum* (1. Tim. IV, 10.) *totius Mundi* (Joh. III, 16.) Ergò etiam Mariæ, Luc. I, 47. fatente etiam *Zoſimo* ap. Auguſtin. Epiſtol. CLVII. Idem tenet S. HILARIUS, Pictav. Epiſcop. *L. de Trinit*, recitante B. Auguſtin. L. I. *cont. Julian. & ad Claudium c. IV. Omnis*, inqviens, *caro; NB. exceptâ illâ, quæ ſine peccato venit in ſimilitudine carnis peccati, ſub peccati origine, & ſub*

*ſub peccati lege nata eſt.* *Cujus vox hæc eſt: ecce in iniqvitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea &c.* NB. *Convenit inter Catholicos, etiam B. Virginem ſangvine Chriſti eſſe redemptam, & illud* 2. Cor. V, 15. *qvod Chriſtus pro omnibus mortuus ſit, ſine ulla exceptione eſſe accipiendum,* inqvit *Bellarm. L.* IV. de Amiſſ. Grat. c. XVI. *At verò Chriſtus tantùm pro injuſtis paſſus eſt,* Eſ. LIII, *inqvit idē* *Bellarm.* ibid. c. VII. *Mariam in peccato origin. conceptam Sancti omnes fatentur,* ait *Canus* Canar. Epiſcop. L. VII. LL. c. I. Conf. *Vincent. de Bandalis, peculiari Tract. de Singularitate & Prærogativa conceptionis Salvatoris Noſtri,* & noſtram *Diſp. de Concepti-on.* Mariæ. Et probat ipſe *Petavius* Dogm. L. XI, c. XII. n. 3. *qvòd ſi Mater de carne peccatrice ſit concepta, NON propterea Chriſtus*

 de-

*debuerit eſſe conceptus in peccato,* aſſentitur *Vegas*, Theolog. Marian. n. 461. *aſſerens: Conciones Sanchez de Luceto, qvòd contrarium docuerit, interdictas fuiſſe ab Expurgatorio* [qvod vocat] *Generalis Inqviſitionis.*

XCI.

a SPIRITUALIA planè MORTUORUM.

In ſtatu corrupto *Homo ſine Chriſto* NIHIL POTEST FACERE Joh. XV, 5. *Animalis Homo ea, qvæ ſunt Spiritûs*, δέχεται, (intellectu & voluntate capere, uti Synod, *Milevit* III. cui interfuit Auguſt. exponit,) & *cognoſcere non poteſt*, 1. Cor. II, 14. & *affectus carnis inimicitia eſt adverſus Deum, ut legi ejus non ſolùm de facto non ſubjicinatur, ſed ne ſubjici qvidem poſſit*, Rom. IIX, 7. Verbô: Non duntaxat infirmi ad ſpiritualia, ſed planè inepti ac nulli, qvippe MORTUI, *in peccatis ſumus*, Epheſ. II, 5. adeoqve in ſpiritualibus non libe-

rum

rum, ſed [ qvam *appellationem* jam ipſe *Auguſtin.* L. II, c. Iulian. & L. de corrept & Grat. c. XIII Conf. Enchirid. c. CVI. A. *uſurpavit* ] SERVUM ARBITRIUM [ i. e OMNIUM FACULTATUM IMPOTENTIAM ſive *totalem intellectûs, voluntatis ac appetitus ἀδυναμίαν* cùm τὸ *ſervum* ad *voluntatem: arbitrium* ad *intellectum* reſpiciat ] habemus. Homo enim carnaliter genitus *eſt ſervus peccati*, [ 2. Pet. II, 19. Rom VI, 16. ſeq. ] *ſub peccatum* [ ſerviliter ] *venundatus*, [Rom. VII, 14. 20.] *atque* ( c. XI, 31. Gal. III, 22. ) *concluſus*. *Qvi verò peccati ſunt ſervi, liberô arbitrio deſtituuntur* Johann. IIX, 33. ſeq. Num *à qvo qvis ſuperatus eſt, huic etiam in ſervitutem addictus eſt*, 2. Petr. II, 19. Unde irregeniti, qvoad ſpiritualia, *cæcis*, [Eph. IV, 18.] *mortuis*, Epheſ. II, 1, qvòd ad ſui vivificationem ſe tantùm *paſſive*

 habe-

habeant, etſi Deo vivificanti *re-ſiſtere* qveant) & *lapideum cor habentibus*, (Ezech. XI, 19. XXXIV, 26.) *comparantur* Sine me ergo (inqvit Salvator) *nihil poteſtis facere* Joh. XV, 5. *qvia* SOLUS DEUS *operatur* & VELLE & PERFICERE, Ph. II, 13. De *civilibus* rebus, & actionibus *externis* ſive *Pædagogicis* (in qvibus homo *aliqvid* adhuc poteſt, Marc. VI, 20. Vid. *F. C.* fol. 14. 217. 318. 661. 664. 671) h. l. non qværitur.

## XCII

Qvi niſi ἄνωθεν REGENITI

OPORTET *vos* ἄνωθεν *naſci* Joh. III, 7. *Niſi* enim *qvis renatus fuerit ex aqva & Spiritu, non poteſt ingredi regnum cælorum* v. 5.

## XCIII.

reparentur per Verbum,

*Renaſcimur* ex verbo DEI tanqvam *ſemine incorruptibili* 1. Pet. I, 23. Conf. præced. §. XIIX, *Verbô*, inqvam prædicati *Evangelii*, cujus *auditus* accen-



Ra. F. Schvv. C.

*dit fidem* Rom. X, 17. (*Lex enim tantùm operatur iram*, c. IV, 15. *qvia infirmatur per carnem*, c. IIX, 3. *nec*, hoc caſu, *data eſt*, *ut vivificet*, Gal. III, 21. & *ſolum ur-*
P. *get* Fac Hoc Luc. X, 28. Rom. X, 5. vires autem qvicqvam agendi non præſtat,) *corda purificantem*, Act. XV, 9. Unde *gigni dicimur* (non per legem, *qvæ non juſtificat*, Rom. III, 28. ſed) *per Evangelium*, [1. Cor. IV, 15.] cujus doctrina *auditores* (1. Tim. IV, 16. Ebr. IV, 1. 2. Rom. I, 16.) *ſalvat*; ac propterea *verbum vitæ æternæ* (Joh. VI, 68. coll. Act. V, 20. Phil. II, 16. 1. Joh. I, 1.) vocatur. Fructus itaqve ac finis regenerationis eſt *adoptio in filios Dei*, (Joh. I, 12. 1. Joh. III, 1.) *vita ſpiritualis ac æterna*, 1. Pet. I, 3. 4. coll. Joh. III, 3. Vide dicenda de *Juſtificatione*, *qvam Regenerationi Synonymam* cum B. *Hülſeman*: Brev. Suppl, c. XI, §. III. dicimus,

 XCIV.

## XCIV.

& duo SACRAMENTA,

*Sacramentum* eſt actio ſacra, ſolennis, divinitus inſtituta, circa certam rem viſibilem cœleſti unitam, qvâ Deus, humano miniſteriô, digne utentibus, promiſſionem Evangelicam applicat & obſignat. *Hoc ſenſu* Duo *tantùm Novi Teſtamenti Sacramenta ſunt*, BAPTISMUS ſc. & EUCHARISTIA. Provocamus ad *inductionem* & *ἀδυναμίαν* Adverſariorum. *Non malè*, inqvit Bellarminus, *Kemnitius ex Baptiſmo & Euchariſtia, quæ omnium conſenſu vera Sacramenta ſunt, naturam ac proprietatem Sacramentorum in genere inveſtigandam eſſe cenſet* L. I. de Pœnit. c. XI. Ergò optimè inſerimus, *duo tantùm non plura eſſe Sacramenta*, qvia pluribus, qvàm his duobus, generica Sacramenti definitio non competit. *Aqva* ſolùm [ materia bapti-

baptiſmi ) & *ſangvis* ( materia Euchariſtiæ) *ex latere Chriſti fluxit*, Joh. XIX, 34. *Aqva & ſangvis ſunt gemina Eccleſiæ Sacramenta, Auguſtin.* Tr. XVI. in Joh. Admittunt hanc conſeqventiam *Leo M. Rabanus* Maurus L. II. de Euchar. c. IX. *Thom.* P. III. qv. LXIV, a. 2. *Toletus Ferus* in Joh. XIX, 34. ( ita *ferè Græcos omnes , omnesq; veteres autores hòc pactoexplicare* fatetur *Maldonat*. ad Matt. XXVII, qvæ probatur: *Chriſtus venit aqvâ & ſangvine*, ita ut *tres tantùm ſint teſtes in Terra* Spiritus (*verbum*) AQVA (*Baptiſmi*) & SANGVIS (*Euchariſtiæ*,) 1. Johan. V, 6. 8. 9. Vid. *Interp.*

XCV.

Per *Baptiſmum* enim efficaciter (non ſignotenus,(*regenenera mur*, (Johan. III, 5. 6. *remiſſionem* ac *Spiritum S.* *accipimus* ( Act. II, 38. *renovamur* ac (Tit. III, 5.) *ſalva*

ſalvifica, (qvorū Efficacia à Solius Dei Ordinatione non

C.S.W. Schvv.A

Admi-niſtrantium Intentione, vel Sanctitate dependet

*ſalvamur*; in Euchariſtia verò *corpus ac ſangvinem Dominicum ad remiſſionem peccatorum, & fidei confirmationem*, (Joh. VI, 33. 56. Luc. XXII. 19. 20. Matth. XXVI, 26.) *accipimus*. Ad qvam efficaciam ſola Dei ordinatio, non autem Miniſtri intentio reqviritur. Uti enim *incredulitas hominum* (α) *non poteſt irritam reddere fidelitatem Dei*, Rom III, 3. ita nec malitia aut indignitas Miniſtri impedire poteſt bonitatem Dei Sacramenta inſtituentis. (β) *Phariſæi* etiam flagitioſiſſimi *ex cathedra Moſis rectè audiuntur*, Matth. XXIII, 3. *Chriſtus* enim (γ) *ex mala qvoqve intentione efficaciter prædicatur*, Phil. I, 18. & (δ) *ſemen bonum fructificat, etſi ſordidis manibus ſpargatur* Auguſt. L. II, *c. Creſc. Gram. c. IIX*, Miniſter enim (ε) non ex ſua, ſed ſolius cauſæ Principalis, Dei, intentio-



F. Qva.
P. Orig. Vet. Don. A.

ne ac virtute operatur. At contraria intentio Miniſtri non impedit intentionem Superioris, ac Domini. Vid. Auguſtan. Confeſſ. *art. IIX.* (ζ) Qvicqvid ipſemet Bell. *L. I, de Sacram. in Gen. c, XXVI.* cum Auguſtino *Tom. VII. Opp.* objicit Donatiſtis, idem etiam poteſt objici Papiſtis. Si enim *infidelitas & impura vita non obeſt* (fatente *l. c.* Bell. Contra Donatiſtas) *multò minus oberit indecens intentio hominis, aliàs fidelis.*

XCVI.

Baptiſmus (Apoſtolicus, à *Chriſto* Matth. XXIIX, 19. *inſtitutus*) eſt *proprie dictus*, AQVÆ naturalis Joh. III, 5. (*Spiritui* tamen *unitæ*, l. c.) & *aqvæ in verbo* Eph. V, 26. Unde *Spiritus S.* in Baptiſmo *in nos* EFFUSUS [Tit. III, 5.] dicitur, qvia, *Spiritu Sancto*, [1. Cor. VI, I,] ABLUIMUR, *Arguo.* Qvicqvid unà cum aqvâ

in baptiſmo per modum lavacri in nos effuſi, nosqve abluentis præſens eſt, illud unà cum aqva materia baptiſmi eſt *Atqvi* Spiritus S. unâ cum aqva in baptiſmo per modum lavacri in nos effuſi atqve abluentis præſens eſt, per *ll. cc. Ergò.* Qvoniam duabus partibus animâ inviſibili, & corpore viſibili conſtamus; duabus qvoqve REBUS conſtat baptiſmus, aqva ſc. & Spiritu *Nazianz. Orat. XL. in S. baptiſma, f. m.* 619. Res igitur cœleſtis omninò admittenda eſt. [Vid. *Calov.* Syſt. T. IX. fol, 168. ad 219.] *aqva diluvii* [1. Petr. III, 20. ſeq.] præfiguratus: *aqvâ lateraꝉi Chriſti crucifixi* [Joh. XIX, 34.] deſignatus: propterea *prope Salim.*, QVIA AQVÆ MULTÆ IBI [Ioh. III, 23.] adminiſtratus: & *à Chriſto ipſo in Jordane* (Matth. III 13. 16.) ſuſceptus: UNUS (Eph. IV, 5. adeoqve *à Johanneo*) Ioh.

III, 27. coll. 26. Luc. VII, 29. 30. Ioh. I,33. Matt. III, 5.6. [ Vid. *Colleg. Anti-Socin* fol. 782. ſeqq. ] *neqvaqvam diſtinctus: in nomine Patris, Filii,* ac *Spiritus S.* [Matth. XXIIX, 19. ] merſione vel aſperſione [ Vid. Marc. VII, 4. coll. Luc. XI, 38. *qvod liberum eſſe debet. Calvin.* L. IV. Inſtit. c. XV. §.19. Unde etiam *Clinicorum baptiſmus* ap. veteres ſolâ *aſperſione* peractus, pro legitimo habitus eſt. Vide Cyprian. *L. I. Epiſt. XII. & L. IV. Ep. VII.* Conf. Coll. Anti-Socin. *fol.* 787. *ſeqq.* ] *ordinarie* ab Eccleſiæ Miniſtris [ *in caſu verò extremæ neceſſitatis* etiam à Laicis Chriſtianis Viris ac Mulieribus, *exemplo Zipporæ,* Exod. IV, 25. ſeq coll. 1. Maccab. I, 63. L. II. c. VI, 10. Col. II, 11. Unde fatetur *Calvinus: ab ipſo ferè Eccleſiæ exordio uſu receptum fuiſſe, ut in periculo mortis Laici baptiſarent.* Inſt. L. IV.



C.S.P.
F.Vh.A.S.P.C.

c. XV. §. 20. Qvòd autem, qvomodo *id firmâ ratione defendi qveat*, videre non vult, parum ad nos. Fatetur Bucanus, *reconciliatum fuiſſe Deum, qvòd filius Moſis fuerit circumciſus*, Loc. XLVII. q. 13. Qvòd verò addit: *non fuiſſe reconciliatum propter circumciſionem à Zippora adminiſtratam*: ridiculum eſt. Vid. nondum confutatum *Librum Darmſtatin.* gründl. Ausführ. fol. 474. ſeqq. tàm *infantibus* [in Eccleſiæ poteſtate conſtitutis, Matth. XXIIX, 19. Joh. III, 5. 6. Col. II, 11. *Act.* II, 39. coll. 38. 41. Actor. XVI, 15. 33. XIIX, 8. 1. Cor. I. 16. in qvibus omninò fidem accendit, qvâ *Chriſtum in baptiſmo induunt*, Galat. III, 27. col. Eph. III, 17. *tanqvam in Chriſti mortem*, qvæ ſine fide nec prodeſt, *baptiſati*, Rom. VI, 3. Unde Salvatori expreſsè dicuntur *credere*, Matth.

XIIX.

XIIX, 6. Marc, IX, 42. Luc. II, 28, & confer Pſ. XXII, 10. 11. exemplô Iohannis Baptiſtæ, Luc. I, 15. coll. 44. & *Davidis* Pſal. LXXI, 6. Aliàs *damnarentur* Joh. III, 18. 36. Ebr XI, 6. coll. Joh. I, 12. Gal. II, 16. Hab. II, 4. Ezech. XIIX, 20. *Inter credentes numerare debes infantes baptizatos, ſi non vis eſſe apertus hæreticus.* *Aug.* Serm. XIV. de Verb. Apoſt. Tom. X, fol. 324. Papiſtæ *Mariæ in utero actus intellectus reflexos tribuunt* ap. *Pozam* Elucidar. Deipar. fol. 722. & *perfectum rationis uſum ab inſtanti conceptionis*, ap. *Vegam.* Theolog. Mar. §. 957. ſeq. qvod nullibi ſcriptum eſt, & tamen negant infantes credere, qvod ſcriptum eſt. Infantibus tribuunt *comeſtionem ſpiritualem*, *Maldonat.*, in Joh. VI, 53. *Vasq.* in P. III. Th. Diſput. LXXIII. de Euch. c. IV. it. *Jus Can.* c. qvia paſſus D.

G.C.P.A.F.

II. de Conſecr. *ex Aug. Qvod infantes credere poſſint per divinam potentiam negare neqvit, cùm ſciamus, etiam Aſinos, qvoties Deus velit, loqvi poſſe, Slicht.* c. Meiſn. fol. 906. coll. 48. Vid. *Colleg. Anti-Socin.* fol. 779. 839. ſeqq. *infantes eſſe credentes* fatetur *Hoornb.* Inſtit. f. 600. ſeq. Tales autem eſſe propter ſolum *ſemen* fidei *falſum* eſt. Ob ſolam fidem, non fidei ſemen, fideles ac credentes dicimur, ) qvam *adultis fidelibus* adminiſtrandus, utrosqve *regenerat,* (Joh. III, 5. Tit. III, 5) & *remiſſis* (*præteritis atqve futuris* 1. Pet. III, 21. Rom. XI, 29. III, 3. Jer. III, 12.) *peccatis* (Act. II, 38. XXII, 16.) *efficaciter* (Tit. III, 5. 1. Petr. III, 21.) *ſalvat.*

P.C.S.A.F.

XCVII.

& EV-CHA-RISTI-AM,

CHRISTUS *accepit* PANEM (qvalis etiam *Hoſtiæ* ſunt,) & VINUM (*non alium* liqvorem)

Vh.C.Ap

ὅλο-

P. εὐλογήσας (acceptio & εὐλογία
C.S.F.P.C.P. totam conſecrationem deſtinativam ac unitivam abſolvunt,)
fregit (fractione diſtributivâ,
non oblativâ, aut ablativâ) dixitq; Discipulis (neqvaqvam
conficientibus ſive Miſſificantibus,) λάβετε accipite (non re-
P.C. ponite, ſed) commedite (eodem
ore, qvô panem. Comedite, inqvit, qvia ad alium uſum non
inſtituit) Hoc (qvod vobis mediante pane porrigo, qvodqve in,
cum, ſub pane accipietis) Est
C.S.F. (revera; non verò ſolùm ſignificat) Corpus Meum (non abſentis ſignum:) Bibite (multi,
non unus tantum conſecrans)
P. ex hoc Omnes (qvotqvot comediſtis; non ſolus conficiens, ſed
omnes, qvi ſe probare poſſunt
1. Co. XI, 28.) Hoc Est Sangvis
Meus Novi Teſtamenti [Ergò
C.S. ſubſtantialiter ingreditur Teſtamentum Novum, uti Sangvis vi-

tulo

*tulorum pactum iſtud vetus.* Conf. *Coll. Anti Socin.* fol. 911.
Nam etiam *indigni*, qvi tamen S.C.
fide deſtituuntur, *edunt corpus*
*Chriſti*, 1. Cor. XI, 29. & *panis*
*benedictus eſt* κοινωνία (*qvæ* vox
nullibi vel *transſubſtantiationem*, P.
*vel ſignum ſignificativum*, ſed C.
ſemper *ſubſtantialem præſentiam* ſignificat,) CORPORIS CHRISTI, 1. Cor. X. 16.) Ἄρτος igitur,
κοινωνία σώματος Χριστοῦ, &
Papiſticam μετουσίαν, & Calvinianam ἀπουσίαν efficaciter
confutat.) NB. *Corpus*, inqvit
Salvator, EST, *quod traditum*
*eſt pro Vobis, & ſangvis, qvi effuſus eſt in remiſſionem peccatorum*, Matth. XXVI, 26. 27. 28.
Marc. XIV. 22. 23, ſeq. Luc. XXII.
19. 20. 1. Cor. XI, 23. 24. 25. 26. 27. P.
ſeqq. CHRISTUS igitur hic
*non ſacrificavit ſeipſum*, *qvia*
*illud* SEMEL *tantum in ara crucis præſtitit*, Ebr. VII, 27. X, 14.

*Sacrificium propriè dictum, & tamen ;incruentum*, revera eſt *ſomnium ſine ſomno*, Vide § præced. *LV. A ſolis Miniſtris Eccleſiæ diſtribuitur* Evchariſtia per 1. Cor. IV, 1. coll. Rom. X, 14. ſeq. 1. Cor. XIV, 40. Eph. IV, 11. Vid. Colleg. *Anti Socin.* Diſpar eſt ratio *Baptiſmi.* Hujus enim *neceſſitas major eſt.* Hîc verò, ubi Miniſter habere neqvit, obtinet illud: *crede & manducâſti.* Cæterum *Effectus* reſp. *omnium communicantiũ* eſt *communio ſubſtantiæ corporis & ſangvinis Chriſti vivi*, non cadaveris, 1. Cor. X, 16. coll. Pſ. XVI, 10. Act. II, 31. *Fructus* verò qvem *ſoli fideles convivæ* ex Sacramento percipiunt, eſt (1) *peccatorum remiſſio*, Matt. XXVI, 26, [2] *cum Chriſto unio*, Joh. VI, 56. [3] *Charitativa cum proximo agglutinatio*, 1. Cor. X, 17. 18. XII, 13, ac [4] *Glorioſæ reſurrectionis certifica-*

S. qvid. C. S. R. Æ. A W. S.

ſicatio, Joh. VI, 54 *Locus ordinarius* eſt qvidem Templum, (ſani enim *non debent deſerere* τὴν ἐπι-συναγωγὴν Ebr. X, 25.) in *caſu tamen neceſſitatis* etiam Domus privata, exemplo *Chriſti* (celebrantis *in privatis* Luc. XXII, 10. *Johannis*, juxta *Niceph.* L. I. c. XXIIX, *ædibus*, vide tamen *Caſaubon. Exerc. XVI. n. X. fol.* 405. Qvomodo enim Johannes ad ſe ipſum miſſus eſſet? *Luc. XXII*, 8. 11.) & *Apoſtolorum*. Conf. Act. II, 41. 42. XX, 7. ſeqq.

XCIIX.

in ECCLESIA Dic ECCLESIÆ (*multitudini* pauciſſimis oppoſitæ,) Matth. XIIX, 17. [Ergò non conſiſtit in unica Perſona. *Una certè Perſona non poteſt dici Eccleſia. Bell.* L. III. de Eccleſ. c. XVII] *quæ collecta à Deo per verbi Miniſterium* [1. Cor. III, 9. 10. ſeq. 2. Cor. V, 20. Eph. II, 20. 21. Matth. XXIII, 37.

XXIIX,

XXIIX, 19. 20.] eſt Corpus [my-
ſticum] CHRISTI (Eph. I, 22. ſeq.
IV, 16. adeoqve *multitudo* non
R. confuſa, ſed *ordinata*. Conf. 1.
Cor. XIV, 33. *ædificata ſuper* Pe-
P. TRAM (Matth. XVI, 18. non Pe-
TRUM, fatentibus *Patribus*, *Con-
ciliis*, *Pontificiis*, imò NB. *ipſis
Pontificibus Romanis* ap. *Gerh.*
Conf. Cathol. L. I. P. II. c. II. &c.
P. Vid. ſeq. §.) CHRISTUM, [1.
C. Cor. X, 4. III, 11. NB. *Qvod* de
ſolis *membris veris* ſive *vivis*, i. e.
hic & nunc *credentibus*, intelligi
poteſt. Impiorum enim caput
Chriſtus non eſt, & qvi *Spiritum
Chriſti non habet, non eſt ejus*,
Rom. IIX, 9, ſicut *palmes non
trahens ſuccum ex vite, ejicitur*,
Joh. XV, 4. 5. 6. Conſentit *Sal-
mero* Tr. XIV. fol. 165.] repræ-
P. ſentata in *Conciliis* (Act. XVI, 22.
R. ſeq. Matth. XIIX, 17.) *Divinitus
inſtitutis* [Matth. XIIX, 20. Act.
XV, 28.] à *Magiſtratu convocan-
dis*

dis [Pſal. II, 10, ſeq. XXIV, 7, 9. exemplo piorum Imperatorum, *Nicenum* enim Conſtantinus: *Conſtantinopolitanum* Theodoſius Senior: *Epheſinum* Theodoſ. Junior: *Chalcedonenſe* Martianus convocavit. *Ex qvo enim Imperatores Chriſtiani eſſe cœperunt, ex illis pependerunt res Eccleſiæ, & maxima quoqve Concilia eorum arbitrio tùm facta ſunt antea, tùm hodieq; fiunt.* Socrat. *Procœm. L. V.*] qvorum *Præſes Politicus* eſt Magiſtratus: *Eccleſiaſticus*, pius Theologus (non Epiſcopus Romanus:) *Suffragatores* omnes fideles Scripturarum periti (Act. XV, 28.) nullam enim normam præter Scripturas [unde autoritas & infallibilitas Conciliorum ut ſic, ulla eſt, ſed ſolius Scripturæ. Scriptura enim Conciliorum norma, non Concilia Scripturarum norma ſunt. Vid. *Man. Hülſem.*

fol.

fol.22.24.31.33.ſeq. *Brev*.c.XIIX. §.XIX. ſeq. *Suppl*. c. X. omninò) agnoſcere (Gal. I,8. ſq. Eſ. IIX,20. Actor. XVII,11. ſeq. XV,1.2. ſeq.) poſſumus, exiſtunt. Cæterùm Eccleſia eſt UNA, (*capite*, Eph. I, 22. *Corpore*, *Spiritu*, *ſpe*, *Domino*, *fide*, *baptiſmo*, *Deo*, c.IV,4.5.6. *Euchariſtiâ*, 1. Cor. X,17. *charitate*, Phil. II,2. &c.) SANCTA (Apoc. XI,2. 1. Cor. III,17. ob *San-*
P. *ctum* illum *ſanctorum*, Dan.IX,24. *Sanctiſſimum* ſcil. *caput* Ebr. VII, 26. Eph. I,22. *Sanctum verbum* Joh. XVII,17. coll. Rom. X,10. *Sanctificationem* & inhabitationem Spiritus Sancti 1. Cor. III, 17. *ſanctiſſimam fidem*, Jud. V,20. *vocationem*, 2. Tim. I,9. & *officium* ſive vitam, Luc. I, 75. Eph. IV,24.) & CA-
P. THOLICA, (ob *univerſalem* ſive *Catholicam Fidem*, qvæ *ab omnibus ſalvandis ubiqve* & *ſemper credi debet*, etſi ab omnibus hominibus, ubiqve & ſemper de

facto

facto non credatur. Vera enim fides *à pauciſſimis* ſuſcipitur. Unde Eccleſia vera *grex puſillus* Luc. XIII, 32. dicitur. Initio *Catholica* fides dicebatur *fides Trinitatis*. Vid. *Symbol, Athanaſ. ex* conſtitutione civili Imperatorum *Grat. Valentinian*, & *Theodoſ.* d. 28. Febr. an. 380. qvæ extat *Cod. Theodoſ. Tit, de Fid. Cathol.* Conf. *Sozomen.* L. VII. c. 4. *Tripart.* L. IX. c, VII) i. e. *Chriſtiana* ac *Apoſtolica*. Id enim *ratione rei* ſignificat *Catholicum*, qvod in ipſo Apoſtol. Symb. per *Apoſtolicum* exponitur. Eccleſia porrò qvoad *externum* ac *florentem ſtatum Viſibilis*, juxta *internam* verò *formam* (fidem veram) *hominibus inviſibilis*: (2. Tim. II, 19. 1. Reg. IIX, 39. XIX, 10. 14.) ſolô autem *verbi puro præconio* (ſi floreat) *notabilis* eſt. *Si manſeritis in sermone meo, verè Diſcipuli mei* P. P.

*eſtis*

*eſtis*, Johann. IIX, 31. *Oves meæ vocem meam audiunt*, cap. X, 27. FINIS intermedius eſt *hominum æterna ſalus* (Apocal. II, 11. Rom. X, 13, ſeqq. coll, 1. Tim. IV, 16. 1. Pet. V, 10. II, 9. NB. *Cum nemo corpore & animo ſimul extra Eccleſiam exiſtens ſalvetur*, Johann. XV, 6. Eph. I, 22. ſeqq.) *ultimus* autem (Ephe. I, 11. ſeq. III, 20. ſeq. *Gloria Dei*.

XCIX.

P. DEUS *dedit* CHRISTUM (qvòd enim Maria *collum vicarium*, Papa autem *Caput vicarium Eccleſiæ* ſit, ἄγραφον Papi-
P, ſtarum ſomnium eſt) CAPUT *ſuper omnia ipſi Eccleſiæ*, Eph. I, 22. coll. c. IV, 15. ſeq. *Paulus* verò *nulla re inferior fuit* (2. Cor. XI, 5. XII, 11.) *ſummis Apoſtolis*, i.e. Jacobo, Petro ac Johanne Gal. II, 9. (Vid. *Eſt*. h.l. fol. 519) *Ergò* Petrus Paulo nulla re fuit ſuperior. *Paulus*

ad qvæ ſub ſolo Chriſto (qvi nec Collum, nec Caput vicarium, patitur Capite

liu Petro in faciem (ſerio, non
dicis gratiâ. qvod Auguſtin. E-
piſt. XIX. T. II. fol. 70. ſeqq. con-
tra Hieronym. acriter demno-
ſtrat. Unde Weſſelus Cröningen-
ſis. *Si clavẽ errare dicas, qvando
errat is, cui commiſſæ claves ſunt,
non verbis pugnam paro, qvoniam
ego ſententiæ Auguſtini fixus hæreo
qvæ talem nutantium verborum
ambiguitatẽ non formidat. Imo ſic
totus in tuam ſententiam, concedo,*
NB. *Confitens primum & ſanctiſſi-
mum Papam* PETRUM ERRAS-
SE, *qvæ poſtea ſciret Eccleſia non
ſeſe ligatam ſummorum Pontificum
determinationibus. Qvin indiffi-
dentia fidelis omnis teneatur exem
plo Pauli pro Regula fidei contra
Papam in faciem, &, ſi non ali-
ter, coram omnibus reſiſtere;* de In-
dulgentiis Opp. fol. m. 238 ) *reſti-
tit*, (Gal. II. 11. 14.) *Ergo* eum pro
Papa non agnovit. *Si* Petrum
Matth. XVI, 18. Chriſtus *Caput*
con-

conſtituiſſet; *nulla inter Apoſtolos qvisnam eorum major ſit*, φιλονει-κία ſive contentio Luc. XXII, 24. eſſe potuiſſet. Et Apoſtol9 *omnes omnino miniſtros, quos Chriſtus Eccleſiæ in univerſum* DEDIT, *plenè recenſiturus omiſit Papam*, Eph. IV, 11. Ergò cum à Chriſto datum non credidit. Aliàs notabiliùs dixiſſet; *num omnes Papæ?* qvàm: *num omnes Apoſtoli, num omnes Prophetæ, num omnes doctores?* 1. Cor. XII, 29. *Papa* enim *ſpecies Monadica eſſet*, Nihil ſolidi regerit *Salmero* Tom. XIV, fol. 168. *Palus plus Eccleſiæ profuit, qvam Petrus Bell.* L. I. R. P. c. XXVII. §. deniqve, Et *ignoratur, uter alteri præſtet* §. *& fortaſſe*. Qvæ locum non haberent, ſi Petrus Papa fuiſſet: niſi *utrumq; Apoſtolum* pro *Papis* habere velint Jeſuitæ cum *Arnaldiſtis*. Vid. Lib. *La Grandeur*. & *Epitom*. ejusd. *Johan, Heinr. Ott*. Conf. *Hun*. Pell. Ovin. §. 646. ſeq.

DEUS PRÆMISSA. LUMINIS NATURÆ. PÆDAGOGIA

C.

*Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ gentibus revelatum eſt in natura, ut ſint inexcuſabiles*, Rom. I, 20, Hôc fine accendit lumen naturæ, *ut Deum qværant cum intentione eum inveniendi*, *Ac*tor. XVII, 27. *Benignitas Dei* (ex creaturis deprehenſa) *ad pœnitentiam ducit*, Rom. II, 4. & *Deus in ſomnio per viſionem nocturnam irruit ſuper homines tribus vicibus* (i. e. ſæpè & qvantum ad hoc ſatis eſt,) *per ſingulos*, ( omnes, etiam extra Eccleſiam ) *ut revocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viventiū*, Job. XXXIII, 15. 16. 29. ſeqq. Vid. *Brev. Hülſ.* c. IIX. §. II. III. *ſupp.* §. IV. V. VI. ſeqq. *omninò.*

CI.

per Verbum,

*Vocatio* formaliter & *univocè* ſeu *propriè* dicta, à qva incipit ſalutaris converſio, fit *tantum per*

per verbum, vel diſtinctè (lectione aut prædicatione) vel (per famam) confuſè perceptum. *Fides* enim eſt *ex auditu* (in adultis) *auditus autem per verbum, vel prædicatum*, (Rom. X, 7. Conf. 1. Theſſ. II, 12. 2. Theſſ. II, 14. Gal. I, 4. ſeqq. 1. Cor. I, 9. 2. Petr. I, 3.) *vel famâ* (1. Reg. X, 1. ſeqq. 2. Reg. V, 2. 3. 1. Theſſ I, 8. Rom. I, 8. X, 8.) cognitum. Vid. *Hülſem.* l. c. §. VI, *Suppl.* §. IX.

CII.

*Gratia* illa eſt *ſufficiens* ſeu *efficax*: uti *ſemen* in ſe *ſufficit ad producendam primò herbam tùm ſpicam, poſtea plenum in ſpica frumentum*, Marc. IV, 28. ſeqq. *Judicate ipſimet, quid debuerim amplius facere?* Eſ. V, 3. 4. *Ergò* Deus *ſufficienter* fecit, qui cuilibet homini dicere poteſt: *Sufficiat Tibi gratia mea*, 2. Cor. XII, 9. Dico: *ſeu efficax. Omnis* enim divina *gratia, quantilla* | adeoq; ſufficiente ſeu efficaci.

*etiam ſit, eſt intrinſecè efficax ad producendum aliqvem effectum, qvi ordinatur ad Salutem certis gradibus conſeqvendam.* Ut non ineptè dixerit Arminius contra Perkinſum: *Gratia præveniens ſufficienter & efficaciter prævenit: præparans ſufficienter & efficaciter præparat, &c.* Oper. fol. 605. Nec ex Scriptura oſtendi poteſt, *ullam gratiam eſſe inefficacem intrinſecè. Contradiſtinctio* autem gratiæ *efficacis* contra *ſufficientem*, *nulla* eſt, & tantùm πείζωμα *crudelis* & abſolutæ *Reprobationis*, ac *contradictionem involvit. Sufficiens* enim gratia *ad vitam* æternam hôc pactô gratia eſſet *ſufficienter privans* hominem *vitâ* æternâ, [uti docent Calviniani apud Hülſem. *Oper. poſth. fol.* 85.] ſive *ſufficienter inſufficiens ſ: gratia non-gratia* [contra Rom. XI, 6. [*benevolentia male vola.*

Vid.

Vid. omninò *Hülſem. Auxil.* fol. 30. ſeqq. & *Vindd. Scriptur. Artic. XXIV. Oper. poſth.* fol. 84. *Arguo*: Omnis gratia eſt naturâ ſue, efficiens, ergò omnis eſt ſufficiens, aliàs ne gratia qvidem eſſet. *Talentum*, etiam malitiosè abſconditum, *æqvè* erat *in ſe aptum* ad faciendum lucrum, ac erant *talenta qvinqve*, Matth. XXV, 15. 18. ſeqq. *Granum trigecupii non minùs ad fructum trigecuplum, qvam alterum ad ſexagecuplum aut centuplum efficax eſt*, Matth. XII. XIII, 8. *Cibi & eduliæ erant parata, tàm indignis qvam dignis, ejusdemq́; ſucci erant, cum iis, qvibus efficaciſſimè nutribantur electi.* Matth. XXII, 7. Luc. XIV. aliàs Dominus falſo dixiſſet: *ſe omnibus omnia parata ſiſtere. Semen* (καλὸν ῥῆμα τȣ̃ Θεȣ̃, Ebr. VI, 5.) *eadem qvalitate intrinſecâ plaſticâ* (aliàs ne ſemen qvidem eſſet) *ſuper bo-*

*nam ac reprobam terram cadit*, (Luc, IIX, 5. coll. 14. 13. 12.) *etiamſi malitia hominum* (Matth. XIII, 22.) *illud ſuffocet.* SUFFICIAT Tibi GRATIA *mea*, *nam* VIRTUS *mea etiam per infirmitatem* PERFICITUR, 2. Cor. XII, 9. Hanc efficaciam Salvator vocat TRACTIONEM Joh. VI, 44 *à ductione* (Rom. IIX, 14.) *diſtinctam Ductio* enim jam *volentis* ac *ſequacis* eſt: *tractio* etiam *non volentis* eſt. *Tractio* autem hæc *non* eſt *Phyſica* & *violenta*, *ſed ſuavis* per funes hominis, Oſ. XI, 4. *metaphorica* ac *moralis*, vel *hyperphyſicè realis. Trahit enim Deus homines, non ut nolentes credant, ſed ut volentes ex nolentibus fiant*, *Luth.* Tom. II. Isleb. f. 180. *Auguſt.* L. I cont. 2. Epiſt. pelag. CXIX. Conf. *Danh. Hodoſ.* f. 848. ſeqq. Homines enim aliàs Deo *non poſſent reſiſtere*, qvod falſum eſſe jamjam oſten-

oſtendetur. *Anathema (igitur) illi, qui dixerit: illum, qui periit, non accepiſſe, ut ſalvus eſſe poſſet. Concil. Arelat.* III. an. 524.

CIII.

*Licet reſiſtibili* Gratiâ

*Invito Vos, ſed renuitis* (תאמנו ſummè repugnâſtis) *extendi manum meam* (quæ gratioſè *vos trahere voluit,* Oſ. II, 14.) *ſed non eſt attendens* [אין מקשיב *Ergo* gratia illuminans non neceſſitat. Additur enim: *abſtrahitis vos ab omni conſilio meo, quod non ſolum voluntatis, poſt ſufficientem, intellectui factum propoſitionem, averſionem, ſed etiam rebellionem notat.* Unde *Tremellius: rebellione veſtrâ abjicitis conſilium, quod vobis propono ad Salutem veſtram.*] Prov. I, 24. ſeqq. *Voluis vos congregare, ſed noluiſtis*, Matth. XXIII, 37. *ſemper reſiſtitis Spiritui Sancto* Actor VII, 51. *Noluerunt obedire patres no-*

*ſtri, ſed repulerunt*, v. 39. *Qvi veniunt, Dei auxiliô diriguntur, qvi non veniunt, ſuâ pertinaciâ reluctantur. Proſp.* L. II. de Vocat. Gent. c. XXIIX, Conf. *Aug.* L. III. de Lib. Arbit.

Omnes Vocat

CIV.

*Venite ad me* OMNES, qvi *laboratis & onerati eſtis* [qvales vel maximè ſunt reprobi,] Matth. XI, 28. *Ite* [ergô] *in mundum univerſum & prædicate Evangelium* [qvod ſalutem annunciat] *omni creaturæ*, Marc. XVI, 15. Cui mandato paruerunt *Apoſtoli, prædicantes* UBIQVE, v. 20. Vera enim erat Chriſti prædictio: *Evangelium iri prædicatum in toto mundo*, Matt. XXIV, 14. Reverà ſiqvidem *prædicatum eſt apud univerſam creaturam, qvæ ſub cœlo eſt* Col. I, 23. Unde *Deus annunciat omnibus ubiqve, ut reſipiſcant, qvia omnes*

*omnes ſunt judicandi in extremo die*, Actor. XVII, 30. ſeq. Ubi numerus *vocatorum* cum numero *judicandorum* æqviparatur. *Deum omnes homines univerſim ad minimùm ter* [I] *in Adamo*, Gen. III, 9. 10. 15. [II] *familia Noachi*. c. IX, 8. ſeq. [III.] *miſſione Apoſtolorum*, Matth. XXIIX, 18. ſeq, Marc. XVI, 16. Act, I, 8. *vocaſſe*, fatetur *Ludov. Croc.* Syntagm. L. IV. c. VI, f. 1023, Novit Deus *vias*, qvibus prædicantes etiam in terras *nobis invias*, ac plane incognitas, mittere potuerit: & qvò *non ivit pes* Apoſtolorum, *penetravit ſonus* eorum. *Annon enim audierunt? imo vero: nam in omnem terram exivi. ſonus eorum, & in fines orbis terrarum verba illorum*, Rom. X, 18. ita, *ut nihil à calore Solis gratiæ poſſit abſcondi*, Pſ. XIX, 7. coll. 4. 5. Aliàs Chriſtus *fruſtra pro omnibus mortuus eſſet, ſi non o-*

omnibus annunciaretur. Vid. præced. §. XXXV.

CV.

tanqvam POENITENTES.

Pœnitentia ſive *converſio paſſiva* & *activa* eſt. *Converte me Domine, & convertar: poſtqvam autem* (paſſivè) *converſus fuero, etiam* (activam) *pœnitentiam agam*, Jer. XXXI, 18. ſeq. In converſione *paſſivâ* homo ſe habet *merè* Passive (nihil *activè* conferens; ſed influxum gratiæ, *paſſivè* tantùm dum *actu, non reſiſtit*, admittens: uti *homo mortuus* Eph. II, 5. ſe ipſum reſuſcitare, aut *cæcus* Eph. IV, 18. aliqvid videre Neqvit) ac Negative, *non poſitivè influens*, ſed tantùm *moroſè non repugnans*, (*naturaliter* enim *omnino repugnat* (φρόνημα τῆς σαρκὸς *Deo hoſtiliter repugnat*, Rom. IIX, 7. ſeq.) qvæ *abſentia malitioſæ repugnantiæ*, beneficium *prævenientis gratiæ* eſt. Qvia verò homo *naturaliter* Pe.

*repu-*

*repugnat*, igitur *potentia recipiendi influxum gratiæ* non poteſt eſſe *naturalis* (juxta qvam *ſubdi Deo non poteſt*, Rom. IIX, 7. ſed tantùm *obedientialis non niſi per ſupernaturalem* gratiæ influxum traducibilis in actum. *Paſſivè* ſic *converſus* homo poteſt *deinceps* ex *viribus dativis* (gratiæ) non *nativis*, peccata *ex Lege* (Rom. VII, 7.) agnoſcere & in Chriſtum *ex Evangelio* (Rom. X, 6. ſeqq.) credere. Unde pœnitentia μερικῶς *pro contritione, fidei contra diſtinctâ*, (Actor. XX, 21 Marc. I, 15.) & ὁλικῶς (pro *contritione fidei conjunctâ*, Matth. III, 2.) accipitur, duas videlicet partes: *Contritionem* (2. Cor. VII, 10. Pſal. LI, 19.) & *fidem* (Marc. I, 15. coll. Act. XIX, 4.) (vel potius Matth. XXI, 32. Act III, 19. 16. Luc XXIV. 47. cenſente B. Hulſem. *Oper. Poſth. fol.* 94.) complexa.

&à Peccatis ABSOLUTI.

## CVI.

*Solus* DEUS(*δημιουργικῶς*)*peccata remittere poteſt*, Marc. II, 7. Miniſtri vero Eccleſiæ (non nudè *hiſtoricè aut ſignificativè*, ſed) *διακονικῶς effectivè*, non tamen judicaliter, de peccatis ſerio dolentes, inqve Chriſtum credentes (*impœnitentibus* enim *retinentur*, Johan. III, 18. 36. Matth: IX, 2. Marc. II, 5.) *ab omnibus* (ſine ullâ reſervatione culpæ: QVÆCUNQVE enim Matth. XIIX, 17. & QVORUMCUNQVE Joh. XX. 23. *peccata remiſeritis, remiſſa ſunt: & qvi juſtificati per fidem in Chriſto Jeſu ſunt, pacem cum Deo* ita *habent*, Rom. V, 1. *ut nulla in illis ſit amplius condemnatio*, Rom. IIX, 1. adeoqve nullum irremiſſum peccatum,) etſi *ſingula non enumerentur* (enumeratio eſt *impoſſibilis* Pſ. XIX, 13. 14. *nullibi præcepta*, adeoqve neceſſitatis *exemplo* deſtituta. *Daniel*

F.S.C.P. P.

*niel ſimul & ſemel ſua ac totius Populi peccata* c. IX, 20. *confitebatur: Publicanus* Luc. XIIX, 13. & *Auditores Petri* Act. II, 37. ſeq. *indefinite confeſſi*, abſolvebantur] peccatis abſolvunt. Apoſtolis enim & ſucceſſoribus dictum eſt: *qvorum peccata remiſeritis, remiſſa ſunt*, Johan. XX, 23. *qvicqvid ſolveritis in terra, ſolutum erit in cœlis*, Matth. XIIX, 18. Sine ulla etiam reſervatione pœnæ. Sublatâ enim culpâ tollitur debitum pœnæ. *Chriſtus culpam omnem in ſe transferendo pœnam à nobis declinavit*, Eſ. LIII, 6. Johan. I, 29. 1. Pet. II, 24. Ideò enim *pro nobis caſtigatus eſt, ut nos haberemus PACEM*, Eſ. LIII, 5 & *maledicto legis liberaremur*, Gal. III, 13. *Qvi ſunt in Chriſto Jeſu, in illis non ampliùs ſupereſt κατάκριμα*, Rom. IIX, adeoqve nec pœna.

## CVII.

*Juſtificatio* h. l. *in ſignificatione forenſi* accepta, eſt *juſti-habitio* (uti Prov. XVII, 15.) *per imputationem ſc. Sicuti Chriſtus factus eſt pro nobis peccatum* (imputatione, non comiſſione;) *ita nos reddimur* (imputativè, non inhæſivè) juſtitia IN ILLO 2. Cor. V, 21. Unde Actus ϛεγη-τικὸς eſt *peccati non-imputatio*, (Pſ. XXXII, 1. Rom. IV, 8.) ſive *peccati remiſſio*. (NB. pertinens etiam ad patres V. T. *eodem quippe modo nobiſcum juſtificatos*, Act. XV, 11. qvod hæreticè negant cum Socinianis *Coccejano-hypothetici*, abuſi locô Rom. III, 25 dicentes: *Veteres in V. T. minùs plenè juſtificatos eſſe, tantum per peccatorum πάρεσιν ſive toleantiam*, qvia Chriſtus nondum paſſus eſſet, *non vero per ἄφεσιν ſive remiſſionem.* Vid. confutatos ab *Hulſio* Specim. P. P.

per non Imputationem Peccatorum & Imputationem Juſtitiæ Chriſti, activæ ac paſſivæ (citra omnem dubitandi Cauſam.)

Theol. Hypoth. 1. fol. 46. ſeqq. Socinianos autem in *Colleg. Anti-Socin.* fol. 633.) actus verò θετι-
S. κὸς eſt *juſtitiæ Chriſti imputatio*. *Fides* (*qvæ creditur*, non *qva* creditur) *imputatur* (non ut *ju-*
R. *ſtitiæ* ſit, ſed ut *noſtra* ſit. Unde *juſtificatio* dicitur *juſtitiæ divinæ actus*, Rom. III, 25. ſeqq. qvi non poteſt non verum fundamentum, i. e. *veram juſtitiam* & qvidem nobis *imputatam*, propter qvam imputationem eadem juſtificatio l. c. verſ. 24. etiam *miſericordiæ ac gratiæ divinæ opus* appellatur, habere.) *ad juſtitiam*, Rom. IV, 5. *Ergò* fides habet aliqvam juſtitiam, qvam nobis applicat; non ſuam; ergò alienam, Chriſti. *Chriſtus* enim *factus eſt NOBIS juſtitia*, 1. Cor. I, 30. ſeq. qvi eſt JEHOVA JUSTITIA NOSTRA, Jer. XXIII, 6. XXXIII, 16. *in qvo juſtitiam noſtram habemus*, Eſ. XLV, 24. coll.

Rom.

Rom. III, 22. ſeq. 1. Pet. I, 19. Luc. XVII, 10. De *activa* & *paſſiva obedientia* Chriſti repete præced. §. LIX. DUBITATIONEM verò tollit *pax cum Deo* (Rom. V, 1. IIX, 1.) *Spiritus Sancti teſtificatio* (Rom. IIX, 16. ſeq.) *fides*, qvæ eſt *ſpes firma* (Ebr. XI, 1.) & παῤῥησία (Eph. III, 12.) dubitationi contraria. Omnes noſtræ ſalutis cauſæ in actu ſunt poſitæ: *Patris* nimirum *amor univerſalis*, Joh. III, 18. 1. Tim. II, 4. *Filii meritum univerſale*, per §. LXI. *Spiritus Sancti illuminatio univerſalis*, Ebr. VI, 4. ſeqq. & *miniſterium verbi univerſale*, per §. CIV. *Ex parte hominis* etiam non eſt dubitandi cauſa. Si enim *ſtat in fide* (qvod *ſcire poteſt*, 2. Cor. XIII, 5.) res ſalva eſt. Si *non ſtat*, *fidem* tamen *deſiderat*, res iterum confecta eſt, Matth. V, 6. Joh. VI, 37. Si non (pro nunc) deſiderat, ne ſic qvidem de-

deſperandi cauſam habet, [Pſ. XXXVI,23.coll.Job.XXX,20.21.] qvia *Deus jurat ſe omnibus velle vitam dare*, [Ezech. XXXIII, 11. *qvod juramentum ex abundanti* ac ſuperfluo, *ut omnem hominibus dubitandi cauſam præſcindat*, [Ebr. VI, 17. ſeqq,] juravit.

## CIIX.

*Scimus* NON *juſtificari hominem ex operibus*, SED [ἐὰν μὴ NB. *Alii*, inqvit *Eſthius* ipſe h.l. *malè reddunt*, NISI *Quæ ſententia Apoſtolo contraria eſt*: Reddit autem per SED. Conſentit *Salmero* & *Cornel. a Lapid.* allegati *Syſtem. noſtri fol.* 414. ubi Parallelos adduximus. Adde Luc. IV, 26. Joh. XVII, 12. Rom. XIV, 14. 1. Cor. VII, 17. Gal. I, 7 18. Apoc. IX, 4. Pſal. CXXVI, 2.] *per fidem*, Gal. II, 16. *Arbitramur* [λογιζόμεθα] *juſtificari hominem fide* [SOLA;] removetur enim

Sola Fide,

P.R.S.W.

enim immediatè oppoſitum,) *abſqve operibus* Rom. III, 28. *Vox* SOLA *tot clamoribus lapidata in Luthero, reverenter legitur in Patribus, Eraſm. qvi in Comm. h. l. oſtendit, qvòd Sola fides juſtificat*, inqvit, *Henr. Ludovici* Ordin. Eremit. S. Auguſtini in Ep. ad ROM. Lect. XXX. *Non operanti ſed credenti* (TANTUM. Syr. & Arabs.) *fides imputatur ad juſtitiam*, Rom. IV, 5. *Eſt autem* FIDES *notitiâ* (Rom. X, 14. Joh. XVII, 3. Luc. I, 27) *aſſenſu*, (*negationi* qvippe & *dubitationi*, Jac. I. 6. Rom. IV, 19. Matth. XIV, 31. XX, 21. Marc. XI, 23. Luc. XII. 29. *metui* Luc. IIX, 50. Marc. V, 36. oppoſita) ac *Fiduciâ* (Ebr. XI, 1. III, 14. Eſa. XXVI, 3. יצר סמוך Pſ. XXII, 10. 11. 2. Cor. III, 4. Eph. III, 12. 1. Joh. IV, 14. Coll. II, 2.) conſtans, adeoqve *ex habitu intellectûs ac voluntatis conflatur*, teſte *Svarez*. ipſo, Tom. II. Metaph.

taph. Diſp. XLIV. & in II. Diſt. XVII. *Conf. Eſt*.III.Diſt. XXIII. ʃ. 4. conſeqventer ejus *ſubjectum* eſt *homo*, *etiam Infantes*, Vid præced. §. XCVI. in qvibus tamen *non* reqviritur *actus reflexus*, ſed ſufficit *directus*. OBJECTUM fidei ſalvificæ eſt ſola *promiſſio Evangelica*. Non enim per qvodvis revelatum (v. g. clavam Cainis, malleum Jaëlis, caudam canis Tobitici, juxta ſomnium Jeſuiticum *in Coll Ratisb*,) ſed per ſolum *Christi meritum fide apprehenſum* (Johann. III,15. Rom. III,24. ſeq X,4. Act. X,43.) juſtificari, ac ſalvari dicimur.

P.

CIX.

P.S.R.

*Non operanti* (per *opera*, qvæcunqve ea ſint, *ſalutem qværenti*, Rom IX,31. ſeq.) *ſed credenti*, Rom. IV,5. Si opera gratiæ juſtificarent, inanis eſſet oppoſitio: *Abraham* (jam in gratia con-

ſine Operibus IUSTIFICATI,

conſtitut9. Qvando enim Gen. XV, 6. *fides* Abrahamo *ad juſtitiam imputata eſt*, juxta Calculum *Pagnini* LII. annis jam ante converſus erat, qvod etiam *Bell.* ſubodoratus eſt. Vid. *Hülſem. Man.* Diſp. V. fol. 198. ſeqq.] *ex operibus juſtificatus non fuit*, v. 2. ſeq. Ergò non ex operibus gratiæ, qvæ tùm fecerat. Verbo: *non ex operibus*, Eph. II, 9. ſeu *gratis per gratiam* [δωρεὰν, χάριτι. Vid. *Interpp.*] Rom. III, 24. At, *ſi per gratiam, non ex operibus, aliàs gratia non eſſet gratia* Rom XI, 6. *Qvæ enim non eſt gratia omni modo, non eſt gratia ullo modo. Auguſt. Nec eſt gratia, ſi eam ulla merita præcedant.* L. I. de prædeſt. Sanct. c. III. f. 1235.

CX.

SANCTE tamen,

*Deponite* [ ô juſtificati ] & *mortificate veterem hominem*, [ Epheſ. IV, 22. Coll. III, 5. 1. 8.] *at-*

*atqve induite* ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ (ſucceſſivè: *renovatio* enim in hac vita qvidem *inchoatur*, *ſed non niſi in altera perficietur*, 1. Cor. XII, 9. ſeqq.) *novum hominem.* (Epheſ. IV, 24. 2. Cor. IV, 16.) qvi *conditus eſt in juſtitia & ſanctitate veritatis*, Eph, IV, 22. 23. 24. ſeqq. Anteqvam Bonorum Operum *finem* explicemus, de ipſorum reliqvis *cauſis* dicendum eſt. *Principalis* igitur eorundem cauſa eſt *SS. Trinitas* (Joh. XV, 1. ſeqq. Eph. II, 10. Tit. III, 5. Gal. V, 22.) *Organica* ex *parte* Dei, *Verbum* (1. Pet. I, 23. Marc. IV, 27. ſeqq.) *cum Sacramentis* (Tit. III, 5. Col. II, 11.) exiſtit. *Subjectum* eſt *homo regenitus* (Joh. XV, 4. 5.) & *credens* (Actor. XV, 9. Galat. V, 6.) *ex* cujus *fide proximè* Jac. II, 18.) fluunt. *Forma* eſt *conformitas cum præſcripto Domini.* (Deut. XII, 2. IV, 2. IX, 32. Matth. XV, 9.)

&

P.S.R.W.Schw.
Pe.P.R.S.W.No.

& qvidem ( Gal. III, 12. Rom. X, 5. 6. ) *in lege* Evangelium enim non eſt doctrina operum Rom. I. c. *Finis* exprimitur §. ſeq.

P.S.

## CXI.

propter Deum, Proximum, & Seipſos,

P. Maj. No.

Sanctitatis ac Bonorum operum ſtudium *non ad ſalutem*, ſed *propter ordinem divinitus* conſtitutum, & *officium* noſtrum eſt neceſſarium ad hoc, ut (I) *Deo obediamus: Hæc* enim *eſt voluntas Dei veſtra ſanctificatio, ut abſtinentes à malis faciatis opera bona* 1. Theſſ. V, 3. ſeqq. (II) *Eundem glorificemus*, 1. Pet. III, 15. Matth. V, 16. 1 Pet. II, 12. Eph. I, 4. 6. 11. (III.) *Proximum diligamus*, Matth. XXII, 39. 1. Theſſal. I, 3. (IV.) *Eum non ſcandalizemus*, 1. Cor. X, 32. (V.) *Improbos pudefaciamus*, Tit. II, 8 1. Petr. III, 16. II, 12. (VI. ) *Noſtri verò Juſtificationem demonſtremus*, Jac. II, 18. Matth. V, 16. (VII.) *Vocationem ac electionem noſtri*

( à

[à poſteriori ] *firmam reddamus* 2. Pet. I, 10. 11. 1. Joh. III, 14. ſeqq. [IIX] *Spiritum Sanctum non contriſtemur*, Eph. IV, 30. [IX.] *Ne damnemur*, Deut. XXVII, 26. Gal: III, 10, Rom. VI. ult. NB. *Mala* enim *opera damnant*, licet *bona non ſalvent*. Rom. I. c. Sicut *incolæ propter mala opera ejecti ſunt Iſraëlitæ verò propter bona opera neqvaqvam in Palæſtinam introducti*, Deut. IX, 4. ſeq.

CXII,

absqve SCANDALO viventes.

*Ne ſimus illis* [etiam *paſſivô*, qvod, utut non niſi *extraordinariô* mediô, *declinare* poſſumus] *ſcandalo*, *mitte hamum*, Matth. XVII, 27. *Qvi* [activè] *ſcandalizaverit unum ex puſillis*, *ſatius ei eſſet ſubmergi in mare*. *VÆ mundo ob ſcandala*; *neceſſe qvidem eſt* (neceſſitate conſeqventiæ) *ut veniant* ſcandala (propter malitiam hominum,) *ſed væ homini*, *per qvem* (activum)

vum] *ſcandalum venit.* Si er-
gò *manus tua* [ animi, non cor-
poris] *te* [ qvôcunqve modô, ]
*ſcandalizet, abſcinde eam, qvia*
*præſtat, ut* μονόχειϛ *in cœlum*
*ingrediaris, qvam ut binas ma-*
*nus habens, detrudaris in gehen-*
*nam*, Matth. XIIX, 6.7.8.9. Pro-
hibita ergò ſunt *ſcandala* tam
*verbalia* [ in *doctrina*, ac *vita*
communi ] qvam *realia*, eaqve
*directo activa*, tùm *actu primo*
tùm *ſecundo*. *Actio* enim *in ſe*
*ſcandaloſa*, etiamſi *actu ſecundo*
*neminem ſcandalizet*, nihilomi-
nus *prohibita eſt*, Matth. XII, 36.
XVI, 23.

CXIII.

in final. Fide, *Qvi perſeveraverit usqve ad*
*finem, ſalvabitur*, Matth. XXIV,
13. *Qvi crediderit* ( non πρόσκαι-
ρ☉, c. XIII, 21. Marc. IV, 17. ſed
finaliter, ) *ſalvabitur*, qvi *verò*
*non crediderit* ( finaliter uſqve
ad finem vitæ ) *is condemnabi-*
*hitur*

*tur* Marc. XVI, 16. coll. Joh. III, 16. 18. 36.

CXIV.

C. *Elegit nos* [actu] *prædeſtinando* [προορίσας, *Ergo prædeſt.* & *Electio* uſu Scripturæ ſunt Synonyma. Cùm enim Prædeſtinatio ſemper involuat *finem*, non dari poteſt Prædeſtinatio ad peccatum & conſeqventem damnationem. Vid. Hülſem. *Op. Poſth. f.* 692. *Aliqvos ad malum divinâ poteſtate prædeſtinatos eſſe, ſi qvi ſunt, qvi tantum malum credere velint, cum omni deteſtatione illis Anathema dicimus.* Concil. *Arauſican. II. Valentin.* an. 855. & *Mogunt II.* an. 848. contr. *Godeſchalcum*, qvi ob eandem ſententiam, qvam poſtea *Calvinus* adoptavit, VIRGIS CASTIGATUS & *cœnobio ejectus eſt.*] *DEUS in Chriſto* [ergò non abſolutè, & extra Chriſtum] *antequam jacerentur mundi* | qvam PRÆDESTINATIO in Homine ſolùm reſpexit.

*fundamenta* ( *ergò* ab æterno) *ut adoptaret nos in filios per Jeſum* S. *Chriſtum* ( ut cauſam ) *meritoriam*: non verò *ut executorem* C. tantùm decreti ) *juxta* εὐδοκίαν ( *in Chriſto* fundatam, Eph. I, 3. 6.) C. *voluntatis ſuæ* ( adeoqve non abſolutæ ) *ut laudetur gloria* C. Je. *gratiæ ſuæ, qvâ charos nos reddidit per illum* Epheſ, I, 4. 5. ſeq. *Qvos*, juxta πρόθεσιν vocandos: C.S. προέγνω ( *præſcivit vocationi* HU. *parituros*, adeoqve ut creatos. ac lapſos ſpectatos, ) *eosdem* (& *non alios*; adeoqve *non omnes Homines*, ceu Huberus, docuit. Soli enim finaliter credentes ſunt electi. At non omnes credunt, nedum finaliter in fide perſeverant. *Fides non eſt omnium*, 2. Theſſ. III, 2. & *multi jam* ab æterno *damnati*, conſeqventer, non electi ſunt, *qvia non credunt*, Joh. III, 18. *Vitioſe* ergò *colligitur*; Omnes cauſæ electio-

ctionis, nempe miſericordia Patris, meritum Filii, & gratia Spiritus S. ſunt univerſales. Ergò & Electio eſt univerſalis. *Non ſeqvitur*, inqvam, qvia cauſa organica, nempe fides, non eſt univerſalis. Electio facta in Chriſto, Epheſ. I, 4. At non omnes ſunt in Chriſto, qvia non omnes credunt in Chriſtum. Electi dicuntur PAUCI, multis, qvi electi non ſunt, oppoſiti, Matth. XX, 16. Verbô: electio ſeparationem, EX MUNDO Joh. XV, 19 non communionem notat,) *etiam* (προώρισε) *prædeſtinavit*, Rom. IIX, 28. 29. *Qvos* autem *prædeſtinavit, eosdem etiam* (tanqvam obedituros: aliàs enim *plures vocantur, qvàm prædeſtinantur*, Matth. XXII, 14.) *vocavit & qvos* (hôc pactô) *vocavit, eosdem etiam* (finaliter qvoqve) *juſtificavit: qvos* (tandem finaliter) *juſtificavit, hos etiam* (& non

"alios] *glorificavit*, v. 30. NB **C.**
" *Quò ordine* Deus in tempore
" ſalvat, eo ordine, ab æterno
" [propter harmoniam decreti
" & executionis. *Oeconomiæ*
" enim *temporariæ conſideratio*
" *optimus eſt index decreti æterni*,
" *Spanhem.* P. I. Dubior. f. 276.
" Conf. *Act. Dordrac.*) ſalvare
", decrevit. *Atqvi* in tempore ſo-
" los finaliter credentes ſalvat,
*Ergò. Syllogiſmi* enim Prædeſtina-
torii (v. g. *Qvi finaliter eſt cre-
diturus, ſit electus. Atqvi Petrus
eſt finaliter crediturus. Ergò Pe-
trus ſit electus*) *Majorem* πρόθε-
σις ſive *propoſitum divinum*: *Mi-
norem* πρόγνωσις ſive *præſcientia*:
*Concluſionem* προορισμὸς ſive
*ipſa prædeſtinatio* (juxta Rom.
IIX, 28. ſeq.) format.

## CXV.

Cuiqve etiam, *Tua*. PATER, πρόνοια, *cuncta gubernat*, Sap. XIV, 3. *Portat* Ath

PROVIDENTIA in ſervit

Ep.St.Ma.Du. enim *Deus omnia verbo virtutis ſuæ*, Ebr. I, 3. ita, *ut ſingula in ipſo ac per ipſum* [immediatô influxu cont. Durand.] *ſubſiſtant* Col. I, 17. *In ipſo* enim *vivimus, movemur, & ſumus*, Act. XVII, 28. Vid. *Dn. Bebel.* Diſſert. ad h. l. Hiſtoriæ Sacri Codicis in univerſum ſunt limpidiſſimum Providentiæ divinæ ſpeculum. Qvicqvid dependet à Dei in eſſe, dependet etiam in conſervari: nempe *coeli*, *terræ cum omnibus in illo*, etiam *viliſ-* Ph *ſimis rebus*, Matth. VI, 26. X, 29. Pſal. LVI, 9. XXXIV, 21. CXXXIX, 1. 2. 3. 4. 6. Unde OBJECTUM ſunt ſolæ Creaturæ, non verò DEUS ipſe. Providentia enim ſecunda creatio eſt. FORMA ejus *ſcientiam* dirigentem (πρόγνωσιν) *voluntatem* imperantem (πρόθεσιν) *& potentiam* exeqventem (διοίκησιν, qvæ in *conſervatione & gubernatione* conſiſtit,) com-

plectitur. *Motiones* Creaturarum *bonas efficit*, *promovet* ac *præmiatur*, (Act. XVII, 28. ſeqq. Phil. II, 13. Pſal. CXLIII, 10. 2. Cor. III, 5. Ex. XX, 6. *malas deteſtatur*, *impedit*, ac *punit*, Pſ. V, 5. Deut. XXV, 16. Zach. IIX, 17. 1. Pet. V, 5. Jac. IV, 6. Pſal. L. 16. ſeqq. Ex XX, 5.) *omnia* verò *in bonum finem* (Gen. L. 20. Rom. IIX, 28.) *hominum ſalutem, ſuamque gloriam* (Eſ. VI, 3. coll. Rom. I, 19. ſeq. IIX, 28.) dirigit. C. Ma. Pr.

CXVI

Elapſâ VITAE CLEPSYDRA,

*Omnium dierum* humanorum *etiam antequam veniſſent*, *numerus in libro Dei erat ſcriptus*, Pſ. CXXXIX, 16. Dies mei ſunt חרוצ[illegible] (quaſi Auf ein Kerbholtz gezeichnet,) Job. XIV, 5. *Terminus* autem *vitæ* uti *non abſolutè* (ſed cum reſpectu *cauſarum* ſive *ſupernaturalium*, ſive *moralium*, ſive *naturalium*, &c. Vid. *Danh.* Hodoſ. fol. 329.) à C. R. St.

Deo

Deo *decretus*, ita *nec abſolute immobilis* eſt. Aliqvando enim [à ſolo qvidem Deo] *prorogatur* [2. Reg. XX, 1. ſeqq.] aliqvando ab eodem vel ex *gratia* [Eſ. LVII, 2.] vel *ira* [Pſ. LV, 24.] *abbreviatur* [aut ab homine ipſo *abbreviari permittitur*. Nam *abbreviare tuum eſt, ſed prolongare Jehovæ.*] & *ſymbolicè* per *clepſydræ cœleſtis* [qvæ eſt decretum Dei] ac *naturalis* [qvæ eſt robur hominis naturale] HARMONIAM jucundè *delineatur*.

## CXVII.

S. *Qvâcunqve die comederis morte morieris*, Gen. II, 17, *Stipendium*, [ſolius] *peccati mors eſt*, Rom. VI. ult. Unde *in* OMNES *homines mors pervaſit*, QVIA OMNES *peccaverunt*, Rom. V, 12. *Chriſtus non ſui, ſed noſtri causâ, non naturali*, ſed *violentâ morte* mortuus, *mortemq́;*, ut pro no- MORIANTUR.

bis mori poſſet, *mutatus eſt*, Vid. *Athan.* de incarn. Verb. T. I. Opp. fol. 54. Deus itaqve *mortem non fecit*, (Sap. I, 13. ſeq. II, 23. ſeq.) utut *mori jubeat* (Pſal. XC, 4. 67.) *homines*. Id enim fit non mortis *inſtitutione*, ſed ejusdem impiis *in Pœnam* (piis verò *in medium glorificationis* Joh. V, 24. 2. Cor. V, 4. Phil. I, 23. I. Cor. XV, 36. 37. 42. 43. ſeq. Vid. *Brev. Hülſem.* cap. XVI. §. XIII. qvæ ipſis etiam in *ſomnum*, dulcemqve qvietem Deut. XXXI, 16. Eſ. XXVI, 20. Dan. XII, 2. Johan. V, 24. 28. ſeqq. vertitur) *ordinatione*. Hac de cauſa *ſtatutum eſt Homini* SEMEL (ordinariè. *An reſuſcitati à Chriſto bis ſint mortui*, qværitur. Vid, *Hülſeman. Brev.* Suppl. c. XVI, §. III, Aliqvi ſanè negant. NB. Qvia ſc. UTI *Hominibus* SEMEL *moriendum eſt* ; *ita Chriſtus* SEMEL *oblatus* ſeu *mortuus* eſt, Ebr. IX, 26.

26.27.28, *Apoſtolus* enim per verſ. 27. *vult probare unitatem mortis Chriſti. B. Hülſem. Oper. poſth. fol.* 296. hôc ſenſu: *qvoties* moriuntur homines, *toties*, & non ſæpiùs, Chriſtus mortuus & oblatus eſt. *Atqvi ſemel tantùm & irreiterabiliter moriuntur homines. Ergò.*) Mori Ebr. IX, 27. Cæterùm conſiſtit mors *in diſſolutione abitugve* (Vid. præced. §. LXIV.) *animæ* (inmortalis) *à corpore* (mortali, Gen. XXXV, 18. Thren. II, 12. Jon. IV, 3, Gen. XXV, 17. Num. XX, 3. 29. Joh. X, 18. Nec eſt *annihilatio*, qvod oſtendit *Coll. Anti-Socin.* Diſp. LXV, CXL. Corpus enim (*honeſtè ſepeliendum*, Gen. XV, 15. XXIII, 4. 6. 8. XLIX, 29. Deut. XXI, 23. XXXIV, 6.) *in pulverem*, non in nihilum, (Gen. III, 19. Eccl. XII, 7.) *anima* autem vel *à dæterna gaudia*, (Vid. §. CXXIV. seqq.) vel *ad*

*æterna ſupplicia* (Dan. XII, 2. Luc. XVI, 22. ſeq. ) abit.

## CXIIX.

*Qvi non credit* ( usqve ad finem vitæ ) JAM ( ab æterno ) *condemnatus eſt*, *ideo*, ὅτι QVIA *non credidit* ( juxta prævisionem divinam, finaliter ) *in Chriſtum*, Joh. III, 18. Conf. præced. §. CXIII. *Qvi non credit in eum* (Chriſtum) *non videbit vitam*, (æternam ) *ſed ira Dei* ( in inferno ) *manebit* [ æternùm ] *ſuper ipſum*, v. 36. Deus in tempore ob incredulitatem [ qvæ ſola *actu immediato damnans peccatum eſt* Joh. XVI, 8. ſeq. Vid. *B. Luth.* Tom. II. Altenburg. fol. 204. T. IIX. 198. ſq. homines damnat. *Ergò* ab æterno, ob eandem prævisam damnare decrevit, adeoqve decretum *reprobationis abſolutum non eſt*.

[...]nqvā (ob Incredulitatem finalem) REPORBI.

C.

p.

CXIX.

## CXIX.

*Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit usqve ad infernum inferiorem,* Deut. XXXII, 22. *Chriſtus deſcendit in infernum, & ſpiritibus in carcere propter infidelitatem damnatis* (realiter) *prædicavit*, 1. Petr. III, 19, 20. *In nomine JEſu flecti debet omne genu, cœleſtium, terreſtrium ac* INFERORUM, Phil. II, 10. ſeq. *Epulo deſcendit* poſt mortem *in Tartarum, locum tormentorum, & cruciatuum flammæ*, Luc. XVI, 23. 28. 29. Eſt autem *infernus extra* hunc *mundum*, (Johan. XII,) 31. Matth. IIX, 12. Luc. IIX, 31. *Mundus* enim penitus *interibit*. Vid. ſeq. §. CXXIX. & *extra* πȣ̃ *beatorum*, (Apoc. XXII, 15. (inter qvod, & infernum, μακρόθεν, *longè diſſitum, planè intranſibile* χάσμα eſt, Luc. XVI, 23. 26. *ubi præciſè* (qvoad πȣ̃ definitum...) *ſit, incertum* (Vid. *Auguſt.* L. XX.

in INFERNO.

Ath. Ep. Q.

Civit. Dei c. VI.) & *quæſitu non* P.
*neceſſarium* eſt. Tutius enim eſt *infernum fugere*, qvàm, UBI SIT, *quærere*. Conf. *Chryſoſt.* Hom. XXXI. in Epiſt. ad Rom. c. XVI. & *Danh. Lact. Catech.* Part. VI, f. 669.

CXX.

Viſione Dei ac Beatorum Gloria privati,

*Pœna damni* (qvæ *nunqvam* P.
*ſine pœna ſenſûs* exiſtit. Unde ipſe *Bellarminus* contra Thomam & Complices diſputat: *etiam in pœna damni aliqvam poenam ſensûs contineri*. L. VI, de Amiſſ. Grat. c. VI.) in Inferno, eſt CARENTIA [A] *viſionis beatificæ* [*diſcedite* A ME *maledicti*, Matth. XXV, 41. A FACIE DEI. 2. Theſſ. I, 9. *projecti in tenebras exteriores*, Matth. IIX, 12, XXII, 13.] & [B] *beatorum gloriæ*. Soli enim *electi glorificabuntur*, [Rom. IIX, 29. 30.] *damnati* verò *erunt*, [Dan. XII, 2. Eſa, LXVI. ult.] *in æterna ignominia ac abominatione*, ita

ut

ut in ipſis regnaturum ſit æternum NOLLE illius, quod ſemper habebunt; ac ſempiternum VELLE ejus, qvod nunqvam habere potuerunt. *Summa*: nihil cum beatis habebunt commune præter *incorruptibilitatem*, ſed *in pœnam*, ut cruciatus ſcil. æternos in æternum ſentire poſſint.

CXXI.

*Juſtum eſt apud Deum, ut impii æternâ pœna crucientur* (2. Theſſal. I, 6. 7. 8. 9.) & qvidem *verme non morituro*, (Eſa, LXVI, ult. Marc. IX, 44. 46. 48.) *Igne inextingvibili*, (Marc. IX, 43. 45.) qvi ſit (non phantaſticè, ſed) emphaticè *Gehenna* (Vid. 2, Reg. XXIII, 10.) veri *ignis*. (Marc. IX, 47) *ſtagnum ignis*, (Apocal. XXI, 8.) *ab accenſione*, (Eſ. XXX, 33. *flammis*, Luc. XVI, 24. 2. Theſſ. I, 9.) *uſtione* (Deut. XXXII, 22.) & *fumo aſcendente*, (Apocal.

æternum cruciabuntur

Or. Mi. Q. A. S.

poc. XIV. 11 ] ab *elementari tamen* [qvia *ipſe peribit cum elementis*, 2. Petr. III, 10.] *diverſi. & horribiliſſimis tormentis* [per II, cc. *progradibus* tamen peccatorum irrogatis, Luc. XII, 47. ſeqq. Matth. XI, 24.] *deſcripti*. *Qvamdiu pii* in cœlo *gaudebunt*, *tamdiu reprobi* in inferno *dolebunt*, Dan. XII, 2.

CXXII.

cum Diabolis,

*Ite in ignem æternum, qvi paratus eſt diabolo & angelis ejus* Matth. XXV, 41. *DEUS* enim *angelos peccantes catenis noctis* [tenebrarum] *in tartarum præcipitavit, ut ſerventur ad judicium*, 2. Pet. II, 4. Jud. V, 6. *Diabolus miſſus in ſtagnum ignis*, Apoc. XX, 10.

CXXIII.

Si verò verâ in Chriſtum FIDUCIA,

*Ideo DEUS miſit Filium ſuum in mundum, ut omnis, qvi credit in eum* [finaliter,] *non pereat: ſed habeat vitam æternam*

*nam*, Johan. III, 16. *Qvi credit in eum, non condemnatur*, verſ. 18.

DECEDANT

## CXXIV.

P. *Beati, qvi in Domine moriuntur ἀπάρτι* AMODO, Apoc. XIV, 13. DICO Tibi: HODIE MECUM ERIS *in Paradiſo*, Luc. XXIII, 43. Ubi ipſe *Bellarm. Paradiſum de regno cœlorum* intelligit, eosqve *confutat, qvi* τὸ HODIE *cum verbo* DICO *connectunt*. L. I. de Beat. Sanct. c. III, Reſp. ad IV. Teſtim. *Pii moriuntur in pace*, Luc. II. 29. *Nihil* enim *damnationis eſt in iis, qvi ſunt in Chriſto JEſu*. Rom. IIX, 1,) & *nulla pœna infligitur pœnitentibus, qvia ipſorum prævaricationum* DEUS *non amplius recordatur*, Ezech. XIIX, 21. Dicitur enim fidelibus moribundis: *Vade in* PACE (ex Luc VII, 49. ſeq.) non: *Vade in* PICEM. *Juſtorum animæ* (*poſt mortem*, Sap. III, 3. qvi liber Papiſtis

ſtatim Cœlô recepti,

ſtis eſt Canonicus] *ſunt in manu Domini* [ non tortorum Purgatorii ] ita, *ut nullus cruciatus eas attingat*, Sap. III, 1. Fabula igitur *Purgatorii* [in Concil. demum Florentino An. 1439. fabricata ] non ſolùm ἄγραφος, ſed & ἀντίγραφος eſt. *Tertium locum penitus ignoramus, imò nec eſſe in Scripturis ſanctis invenimus. Auguſtin.* Hypognoſt. L. V. ultr. med. Papiſtis autem, nihil probantibus credere non tenemur.

CXXV.

coram Deo exultabunt (non dormient) cum Beatis;

Pſ. A.

*Cupio diſſolvi, ut* SIM (non dormiam) *cum Chriſto*, Phil. I, 23. *Beati ante thronum DEI ſerviunt DEO die ac nocte* ( non ergo ſtertunt. ) Apocal. VII, 15. *Animæ martyrum* ( iterum non dormiunt, ſed ) *expetunt vindictam & accipiunt ſtolas albas* c. VI, 10. ſeqq. *Lazarus* poſt mortem, qvoad animam, *in ſinu A-*

*bar-*

*brabæ* παρακαλεῖται. *Epulo* verò *in flammis tormenta ſentit*, Luc. XVI,21. ſeqq. *Abſentes à corpore* (i.e. *mortui*, juxt. *Slichting*. Tom. II. fol. 115.) *ſunt præſentes*, *verſantur apud Deum*, & *qvidem non ampliùs ſecundum fidem*, *ſed ſecundùm ſpeciem*, 2. Cor. V,8. coll. 6.7. & 1. Cor. XIII,12. Ergò *anima* fidelium ſeparata *non dormit*, ſed feliciſſimè apud Deum converſatur. NB. *Paulus ignorabat*, *an diſſolvi*, *an vivere ſibi eſſet meliꝰ futurum*, Phil. I, 21. 22. 23. *Ergò* non credidit *ſomnum animarum*. Longè enim melius eſt, tantum Apoſtolum in Eccleſia vivere qvàm poſt mortem inutiliter ſtertere.

## CXXVI.

Ath. Ep.

*Si Chriſtus reſurrexit*, *qvomodo dicunt qvidam inter Vos non eſſe reſurrectionem?* 1. Cor. XV,12. ſeq. *Sicut Pater ſuſcitat*

poſt RE-SUR-REC-TIO-NEM. autem

*tat mortuos & vivificat, ſic & Filius, qvos vult, vivificat. Veniet enim hora, in qva* OMNES, *qvi in monumentis* ( vel ſtatu mortuorum. Non omnes enim ſepulti ) *ſunt, audient vocem* Ejus ( Filii Hominis ) *& prodibunt; alii in reſurrectionem vitæ, alii in reſurrectionem condemnationis*, Joh. V, 21. 28. Dan. XII, 2. ( Reſurgent autem *Soli pii vi meriti Chriſti*: impii enim ad æternam damnationem reſurrexiſſent, utut Chriſtus non veniſſet. Loci 1. Cor. XV, 22. ſenſus tantum eſt: *Omnes omnino homines, qvi ad vitam æternam reſurgunt: beneficio meriti Chriſti reſurgere*; licet impii hôc beneficio glorioſæ reſurrectionis ſemet ipſos privent. *Reſuſcitabit* qvidem Chriſtus etiam impios; *non* autem tanqvam *Salvator*, *ſed* ut ſeverus *vindex* ac *judex*. Vid. præced.

§.

§. LXIIX. dicta prolixius,) *Vivent mortui tui, & cum cadavere reſurgent*, Eſ. XXVI,19.

## CXXVII.

S. Ph.

*Poſt corroſionem pellis meæ viciſſim circumdabuntur oſſa mea*, ita, *ut tum viſurus ſim Deum, &* EGO IPSE *viſurus ſim*, *& oculi mei viſuri ſint. Ego ipſe*, inqvam, & NON ALIUS Job. XIX,26. ſeq. *illi, qvi dormiunt in monumentis, evigilabunt*, Dan. XII,2. Joh. V,28. *Ergo* iidem numerô. Non enim alius dormire, & alius evigilare: alius jacere, & alius ſurgere poteſt. Et *juſtum eſt apud Deum, ut* ILLI IPSI, *qvi in hac vita deliqverunt, in altera puniantur*, 2. Theſſ.1,6 7. 8. 9. Nam ἀνάςασίς ἐςι τοῦ πεπτωκότος δευτέρα ςάσις *Damaſc*. L.IV.C F.C. XXIIX. i.e. *ejus, qvod ante accidit, altera, ſive iterata ſtatio*. Conf. §. ſeqq.

eorundem numero Corporum,

CXXIIX.

CXXIIX.

(Citra Reſpectum Conditionis,

*Non enim eſt Perſonarum reſpectus apud Deum*, Act. X, 34. Unde *omnes* omninò *homines coram tribunali Chriſti comparere debent*. 2, Cor. V, 10. *Johannes vidit mortuos magnos & puſillos ſtantes in conſpectu DEI*, Apocal. XX, 12. *Unusqvisqve reportabit à Domino, qvæ fecit, ſive ſervus ſive liber fuerit*, Eph. VI, 8.

CXXIX.

aut Sexus.)

Etſi *in Chriſto JEſu non eſt mas nec fœmina* (Gal III, 28. non tamen differentia ſexûs poſt reſurrectionem tolletur. Aliàs Chriſtus Matth. XXII, 30 31. ad qvæſtionem; *cujus ſit uxor multivira olim futura*? compendioſiùs erat reſponſurus: *non fore ampliùs fœminam*, qvàm *non fore nuptias in altera vita*. Vid. *Auguſt*. L. XXII, Civit. Dei c. XVII, Et abſurdè dicendum foret: *Hic vir, Maria, eſt Mater Chriſti*.

Sten-

Q. Sch.

*Stengel.* de Monſtr. c. XVII. fol. 626. §. 15. Dicendum eſſet: *Hic Vir, EVA, eſt Mater omnium viventium.* Deniqve: Si locô demortuæ mulieris reſurget vir, non erit reſurrectio identica, ſed nova planè diverſi hominis productio.

CXXX.

SENTENTIAM qve ULTIMAM in Damnatos

*Statutum eſt hominibus ſemel mori,* POST HOC *autem judicium* (erit,) Ebr. IX, 27. cujus *Proceſſus* (Matth. XXV, 31. ſeq.) deſcribitur. *Norma Lex* (qvoad *damnationem* impiorum,) *Evangelium* autem (qvoad æternam *beatitudinem*) aſſignatur. *Finis* in impiorum *damnatione*; piorum *glorificatione*; divinæ *gloriæ, juſtitiæ* ac ineffabilis *bonitatis manifeſtatione* conſiſtit. *Tempus* definitum ſive *articulos* ejus *noſſe noſtrum non eſt,* Actor. I, 7. Marc. XIII, 32. Interim hoc ſcire ad pietatem ſatis eſt; qvòd

*omnes*

*omnes nos manifeſtari oporteat coram Tribunali Chriſti, ut reportet unusqvisqve, qvæ per corpus egit, ſive* Bonum *(promiſſi præmii) ſive* Malum *(promeritt ſupplicii)* 2. Cor. V, 10. Et propterea *latet una dies, ut obſerventur omnes.*

CXXXI.

(ſine Chiliaſticô Intervallo latam

Ch

*Statutum eſt homini ſemel mori, poſt hoc autem* [ſine intermedia felicitate terrena) *judicium*, Ebr. IX, 27, *Animæ martyrum vixerunt qvidem* (ſed non in corpora redierunt, qvod ibi non dicitur) & *regnârunt* (ſed non in his terris) *cum Chriſto mille* (i. e. plurimis] *annis*, Apoc. XX, 4. *Cæteri* verò *mortui vixiſſe* (non revivixiſſe) *dicuntur* (aut *reſurrectio ſpiritualis* intelligitur, non corporis, qvæ una tantùm, non prima & ſecunda eſt) *donec conſummarentur mille* (plurimi) *anni*, verſ. 5.

*Mor-*

*Mortui ſpiritualiter* (uti Matth. IIX, 22. Eph. II, 5,) *intelliguntur* & *reſurrectio prima* nil aliud, qvam *converſio à peccatis eſt*. Tùm non corpora, ſed *animæ ſeparatæ* ibid. cum Chriſto regnare dicuntur. Scriptura enim *nullam reſurrectionem ad mundanas delicias* novit, (Conf. Matth. XXV, 31. Joh. V, 28 ſeq. Matth. XIII, 39.) & *Colloſſus Danielis non eſt invertendus, ita ut pedes ſint aurei*, contra Dan. II, 33. *Beſtia qvarta ſævitura eſt usqve ad extremum Judicium*, Dan. VII, 23, ſeqq. Ubi ergò intervallum illud *Chiliaſtico-Phantaſticum?*

CXXXII.

Q. *Cœlum & Terra præteribunt*, Matth. XXIV, 35. Marc. XIII, 31. *Cœli, ut fumus deficient, & interibunt*, Eſ. LI, 6. Pſ. CII, 27, *non amplius erunt cœli* (Job. XIV, 12.) & (Pſal. LXXII, 6. ſeqq.

nec nõ πανολεθρίαν UNIVERSI

I *Lu-*

*Luna, Vobiſcum ſum usqve ad* CONSUMMATIONEM SECULI, Matth. XXIIX. ult. coll. XIII, 39. *Igni reſervantur cœli & terra in die Judicii* (2. Petr. III, 7. coll. 10. 13.) *in qvo contabeſcet totus exercitus cœlorum*, &c. (Igne, inqvam, verò, non tamen elementari: qvia elementa (adeoq; ſimul ipſe ignis elementaris) ſolventur [alio qvàm elementari] igne: Eſ. XXXIV, 4. *A facie* enim *ipſius Dei fugiet cœlum & terra, ut non eis inveniatur ampliùs locus*, Apoc. XX, 11. *qvia non ampliùs erunt* (c. XXI, 1. Pſ. LXXII, 7. Job. XIV, 12) & *eorum qvoqve memoria* (Eſa. LXV, 17.) *peritura eſt*. Summa: *Cœli peribunt, ſed Dominus permanet* (Pſ. CII, 26, ſeq.) *Ergò* qvoad *ſubſtantiam*, non ſola accidentia, peribit Cœlum ac Terra.

CXXXIII.

*Mortui reſurgent qvidem*

C. *incorruptibiles*, ſed ita, *ut* (τὸ φθαρτὸν τοῦτο) ILLUD IPSUM (hoc numerô) CORRUPTIBILE *induat incorruptibilitatem*, & (τὸ θνητὸν τοῦτο) HOC IPSUM MORTALE *immortalitatem*, 1. Cor. XV, 52. ſeq. Gradûs gloriæ (accidentalis, non beatitudinis eſſentialis, qvæ planè eadem omnibus erit) probantur ſeqq. dictis *Alia gloria Solis, alia Lunæ, alia ſtellarum. Stella ſiqvidẽ à ſtella differt in gloria: Sic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptibilitate. Seminatur in ignominia, reſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, reſurget in potentia*. Verbo: *Seminatur corpus* ANIMALE *reſurgit* (qvalitate, non *ſubſtantiâ*. Nam *corruptibile induit incorruptibilitatem*. 1. Corinth. XV, 53. Vid. *Colleg. Anti-Socin.* fol. 1197. 1212. ſeqq.) SPI-

Corpora GLORIFICATA!

RITUALE, I. Cor. XV, 41. 42. 43. 44 *CHRISTUS* enim *transfigurabit corpus noſtrum humile, ut conforme reddat corpori ſuo glorioſo*, Phil. III. ult.

## CXXXIV.

(in qvibus Deum ipſum ſunt viſuri)

*In carne mea videbo* DEUM, *oculi mei videbunt ipſum*, Job. XIX, 29. *Viſuri ſumus* DEUM SICUTI EST, I. Joh. III, 2. & qvidem *à facie ad faciem*, I. Cor. XIII, 12. NB. *Viſio, à facie ad faciem* prædicata de *ſubjecto oculato*, ſemper *viſionem ocularem* denotat. Si intellectus finitus poteſt elevari ad intelligendum Deum infinitum: cur non & oculus materialis (NB. qui tamen *induit ſpiritualitatem*, & factus eſt, *qvoad facultatem ac potentiam videndi ſpiritualis*, I. Cor. XV, 43. 44. coll. 53. ſeq.) ad videndum Deum ſpiritualem? Vid. omninò *Valent.* in P. I. Tom. q. XII. a. 8, Magis

S.P.No.C.R.

Magis enim diſtat finitum ab infinito, qvàm materiale à ſpirituali. *Oculus* qvidem *animalis*, & in *conditione materiali manens*, non poteſt videre Deum, Exod. XXXIII, 20. (*qvod ſolum Deus* l. c. *negat*, qvia addit limitationem: *non poteſt me videre homo NB. & vivere*, i. e. in hac mortalitate) benè tamen *oculus ſpiritualis*. Et NB. *facultas oculi ſpiritualis*, *à potentia Spiritûs neqvaqvam differt*. Qvia enim *oculus glorificatus* factus eſt *ſpiritualis* ratione *potentiæ ac facultatis*, ſeqvitur, qvòd idem præſtare valeat, ac ſi planè transmutatus eſſet in ſpiritum ſeu ſpiritualem eſſentiam. Unde: *qvicqvid videre poſſunt Angeli, id etiam videre poterunt in futura gloria* OCULI SPIRITUALES *beatorum*, *qvi futuri ſunt ἰσάγγελοι*, Luc. XX, 36. *Atqvi* Angeli videre poſſunt ipſum Deum,

Matth. XIIX, 10. *Ergò* & Oculi SPIRITUALES (*potentiâ* ſc. *Angelici*,) beatorum. De *viſione intellectuali* non eſt dubium. *Nunc* inqvit Apoſtolus, *cognoſco ex parte, tunc verò cognoſcam, qvemadmodum & cognitus ſum*, 1. Cor. XIII, 12. Qvæ intellectio à Scholaſticis dicitur *Comprehenſiva*. Conf. *præced.* §. II. *B. Danh.* Hodoſ. Procem. f. 13. in Tabula, & omninò *Gerh.* Loc. de Vita æterna. §. CXXXIV. *Cave* autem intelligas *comprehenſionem incluſivam*, qvæqve *proportionem æqvalitatis* & *æquiparantiæ* reqvirit. Sic enim *Deum* à creatura *comprehendi non poſſe*, ipſimet Scholaſtici docent, *apud Trigoſ*: *in Bonavent*. T. 1. f. 182. ſeq.

## CXXXV.

ſed habebunt in Beatitudi-

*Animæ ſeparatæ fidelium beatæ ſunt*, ſed *beatitudo totius compoſiti*, poſt corporum redunitionem

nem, erit *conſummata*. Unde *animæ qvieſcere jubentur, donec compleantur conſervi*. Apoc. VI, 11. *Deus* enim *ita providit, ne ſine nobis* CONSUMMENTUR, Ebr. XI, 40. Qvòd autem *beatitudo* ipſa *in ſe* ſit *conſummata*, ſive omnibus numeris abſoluta, clarum eſt. *Tunc* enim *veniet τὸ τέλειον* 1. Cor. XLI. 10. CONSUMMATA, inqvam, POSITIVE, ut *nihil boni deſit*, (Pſal. XVI, 11. XVII, 15, XXXVI, 9. Eſ. LXVI, 12. LXV, 13.) & PRIVATIVE, ut *omni corpori animæve moleſtum, eſuries, ſitis, æſtus, mors luctus, clamor, dolor, fatigatio* (Apoc. VII, 16, XXI, 4.) *abſit*. ne conſummata,

## CXXXVI.

Sch. *Oculus non vidit, auris non audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, qvæ præparavit* DEUS *diligentibus ſe*, Eſ. LXIV, 4. 1. Cor. II, 9. *Nondum* igitur *apparuit* (licet in genere ſciamus, *nos fo-* ineffabili.

*re conformes corpori Chriſti*, Phil. III. ult.] *qvales* [per omnia] *futuri ſimus* (qvando ſc. Chriſto ſimiles erimus,) 1. Joh. III, 2. qvia *exultabimus gaudiô ineffabili* 1. Pet. I, 8. Unde *Paulus audivit in tertio cœlo, qvæ nullus hominum eloqvi poteſt*, 2. Cor. XII, 4. Qvæ caſtigant omninò nimiam *Scholaſticorum*, in his determinandis, *curioſitatem.*

## CXXXVII.

ac æterna;

*Inamiſſibilis ac æterna eſt illa felicitas, futura ſumus* ἰσάγγελοι, Matth. XXII, 30. At *Angeli* felicitate non poſſunt excidere, *ſed ſemper vident faciem Patris cœleſtis*, Matth. XIIX, 10. Similiter *nos* ſemper *erimus cum Domino*, 1. Theſſ. IV, 17. *poſſeſſuri hæreditatem* ἄφθαρτον καὶ ἀμάραντον *conſervatam in cœlis* (tanqvam tutiſſimo receptaculo) 1. Pet. I, 3. 4. *Gaudium*

*il-*

*illud nemo tollet à Vobis* Joh. XVI, 22. Et, *qvi vicerit, non lædetur*( poſt mortem primam. Conf. Rom. VI, 7,) *à morte ſecunda*, Apoc. II, 11. Verbô: *Ibunt beati in* VITAM ÆTERNAM, Dan. XII, v. 2.

CXXXVIII.

Tres Hierarchias repræſentant illa: Rex *Joas, congregatis* SACERDOTIBUS *ac* LEVITIS, *edixit: Exite per* CIVITATES *Jehudæ, & congregate à toto* ISRAELE *pecuniam ad curandam domum* DEI *veſtri*, 2. Paral. XXIV, 4. 5. cujuscunqve antea fuerint HIERARCHIÆ.

CXXXIX.

*Vocatio tam* IMMEDIATA (Prophetarum & Apoſtolorum, *qvâ DEUS Solus vel huic, ut doceret*, v. g. Moſi, Jeremiæ, Paulo, *vel aliis, conceptis, verbis præcepit, ut hunc Doctorem deſignent.* uti Aaron & Eliſæus à Moſe & Elia vocati ſunt) *vel* ſaltim *inter* ſive legitimé VOCATI,

*Iter nuncia ſorte uſus eſt*; ut in electione Matthiæ, Actor. I, 24. ſeqq.) *qvam* MEDIATA (modernorum Eccleſiæ Doctorum, qvæ eſt ἀποτέλεσμα *trium Hierarchiarum, qvalibet faciente qvod ſuum eſt, cum communicatione alterius*, ut mox probabimus) NECESSARIA ac DIVINA eſt. (A) NECESSARIA. Aliàs conqveretur Dominus: *Currebant & non mittebam*, Jer. XXIII, 21. *Nemo* enim *ſibi ipſi* (JURE) *ſumit honorem*; *ſed* (is tantum) *qvi vocatur à Deo, ſicut Aaron*, Ebr. V 4. *Qvomodo* (igitur legitime) *prædicabunt, ſi non fuerint miſſi*? Rom. X. 15. (B.) DIVINA *Nemo ſibi* (de jure) *ſumere poteſt*, (qvod Johannes *de miniſterio* ſuo intellexit,) NISI *ipſi à cœlo fuerit datum* Joh. III, 27. Ipſe *Dominus Meſſis mittit operarios in meſſem* (qvamdiu meſſis durat.) Matth. IX, ult, Ipſe *Chriſtus poſt*

*aſcen-*

*aſcenſionem* DAT *Paſtores ac Doctores* (ab Apoſtolis ac Prophetis diſtinctos) *usqve ad conſummationem Sanctorum & totius corporis myſtici*, (adeoqve ad extremum diem,) Eph. IV, 11. coll. Pſal. LXIIX, 12. 1. Cor. XII, 28. Jer. III, 15. XXIII, 4. Non dat autem Chriſtus, poſtqvam aſcendit, Eccleſiæ ſuæ Paſtores ac Doctores *immediatè*, ſed *mediante Eccleſiâ* (A) *vocatione* enim *complexè ſumtâ*, non excludendus ullus Eccleſiæ particularis Hierarchicus Status. Singulis enim *Jure divinô*, *cui nullus Status renunciare poteſt*, competit facultas cognoſcendi ac dijudicandi de *doctrina & vita* præficiendi, cum *jure ſuffragii* vel approbationis, vel recuſationis, *ob vitium* in *doctrina* & *vita* præſentati, Matth. VII. 15, 1. Johann. IV, 1. Rom. XIV, 12 1, Tim. III, 7. Act. VI, 3. 1. Cor. XVI,

3. Vide omninò *Hülſem Brev.* cap. XIX. §. V.) Unde *Epheſini Miniſtri* (mediatè licet vocati) à Spiritu S. conſtituti dicuntur. Act. XX, 28. 17. *Archippus* (etiam mediatè vocatus) *miniſterium in* (i. e. à) *Domino* (qvi *auditores in curam tradidit. Theopyl.* in h. l. Conf. *Cornel. à Lap.* in h, l.) *accepit.* Col. IV, 17. & *Apollo* (non immediatè vocatus) *cooperarius ipſius Dei* (1. Cor. III, 9.) *fuit.* Hôc fine *praeceperunt Apoſtoli* (Apoſtolicâ ſc. adeoqve divinâ *autoritate*, Rom. XV, 18. 1. Tim. IV, 11. VI, 13.) aliis, *ut idoneos ad docendum vocarent*, v. g. *Paulus Timotheo*, 2. Tim. II, 2. & *Tito*, Tit. I, 5. 7. *Ipſe Dominus operarios in meſſem* (ergò *qvamdiu meſſis durat*; conſeqventer usqve ad extremum diem) *extrudit*, Matth. IX, ult. Ex dictis colligitur, vocari *Homines* & Mares. HOMINES; *Qvo-*

*Qvomodo* enim *prædicabunt, niſi fuerint miſſi, qvorum ſpecioſi* PEDES *evangelizantium pacem* Rom. X, 14. 15. Angelos non vocari, clarum eſt. MULIERES verò *in Eccleſia taceant, nec enim permiſſum eſt illis, ut loqvantur.* 1. Cor. XIV. 34. Cæterum: cuinam *Jus Epiſcopale*, & (cum hoc neqvaqvam confundendum) *Patronatûs* competat? *qvid ſit, & qvomodo exerceatur?* conſulenda ſunt Conſiſtoria. Vid. *Carpzovi Juriſpr. Conſiſtorial.* L. I. Tit I. II. ſeqq. *Hülſem. Brev.* cap. XIX.

CXL.

ORDINATIQVE MINISIRI.

R. *Noli negligere gratiam, qvæ data eſt Tibi per impoſitionem manuum Presbyterii*, 1. Tim. IV, 14. (Ergò retinendus eſt ritus ordinationis *ex poſitiva lege Apoſtolorum.* Vid. Hülſeman. *Breviar. loc. mox citand.*) *Segregate mihi* (inqvit Spiritus S.)

*Barnabam* & *Saulum* (qvi tamen jam antè *immediatè vocatus erat Apoſtolus*, Act. IX, 15. 17. ſeqq. *in opus* (*curati*, ac ad *certam Diœceſin determinati officii*. Meræ enim *Larvæ* ſunt *Epiſcopi Titulares*, qvia in *Tridentino numerus* erant, qvales etiam *fraudulenter* ſubornârunt *Ariani* in Synod. Seluc. *ap. Athan.* T. I. Opp. fol. 678.) *ad qvod accerſivi eos*, Act. XIII. 2. (*Aliqvem* igitur *ritum ſeparandi Doctores à Laicis eſſe de neceſſitate præcepti divini*, rectè ex h. l. B. Hülſeman. *Brev. c. XIX.* Supplem. §. III. colligit) *Qvæ ſegregatio* ſtatim *jenunio*, *precibus*, ac *χειροθεσία peragebatur*. *χειροθεσία* autem *non ſolùm votivâ*, *ſed etiam ordinativâ*, qvod probat *B. Hülſemannus* de Min. Ordinat §. II. ſeqq. Alii ſolam *votivam* agnoſcunt cum *Grotio* & *Mareſio* Exam. IV. QQ. Theol. fol. 15.

Vid.

Vid. *Dn. Calov.* Bibl. illuſtrat. ad Act. I. c. Uti, porrò, χειροθεσία eſt *impoſitio manuum Presbyterii, ſuper caput Ordinandi*; ita χειροτονία ſignificat *extenſionem manuum populi*, ſeu *ſuffragium & conſenſionem in Perſonam vocandi. Miniſtrum Ordinationis* de jure divino *non* eſſe *ſolum Epiſcopum* (qvem fingunt, jure divinô à Presbytero eſſe diſtinctum,) ſed. *Presbyterium* ex 1. Tim. IV, 14. Act. VI, 6. contra Papp. invictè & ex profeſſo probavit *Hülſem. de Min. Ordin. & Breviar.* c. XIX. §. X. ſuppl. §. IV. *Modum* ac *ceremonias*, qvibus ap. nos peragatur, tradit *Carpzov.* Conſiſtorial. L. I. Tit. IV.

## CXLI.

*Presbyteri Urbis Epheſinæ, à Paulo* (Act. XX, 17. 28) EPISCOPI *vocantur.* Idem *ſalutat omnes Sanctos, qui ſunt Philippis, una cum*

Jure divino æqvales, qvoad Ordinem.

Epi

*cum* EPISCOPIS ( in plurali ſive Presbyteris ) & *Diaconis*, Phil. I, 1, *Ergò* ( colligit *Hieron.* ad Tit. I, 5. 7. *qvia*, inqviens, *in una civitate plures, ut nuncupantur, Epiſcopi eſſe non poterant.*) *jure divino Presbyter ac Epiſcopus non differt, Timotheus ordinatus eſt à Presbyteris*, 1. Tim. IV. 14. *Si ergò* ſoli Epiſcopi ordinant ( qvod volunt Papiſtæ,) hi Presbyteri erunt Epiſcopi. *Epiſcopi non recenſentur*, (Eph. IV. 11) *inter ordines Miniſtrorum*, & ( 1. Tim. III, 1. 8.) *ſine mentione Presbyterorum ponuntur. Ergò* adhuc cum Presbyteris iidem ſunt. Adeoqve *magis conſvetudine, qvam diſpenſationis Dominicæ veritate Presbyteris ſunt majores*, C. *olim* & C, *Ecce Ego.* diſt. XCV. ex *Hieronymo.* Unde ipſe *Innocentius* relatus in Jur. Can. c. *A multis IX. extr. de æt. & qvalit. præficiend.* narrat: *qvòd*

*qvòd Urbanus Papa Diaconatum tantùm & Presbyteratum ſacros ordines agnoverit, NB, qvales ſolos primitivam Eccleſiam habuiſſe legatur.* Qvod ipſe *Bellarminus de Sacr. Ord. c. VII.* allegat, nil valens reſpondere.

## CXLII.

horumqve Auditores, Cleri;

*Qvomodo audient ſine prædicante?* Rom. X, 14. Sunt enim relata. *Attende tibi ipſi & doctrinæ, ſi id feceris, ſalvabis te ipſum & eos, qvi audiunt*, 1. Tim. IV, ult. *Sitis factores ſermonis, & non auditores ſolum, fallentes vos ipſos;* Jac. I, 22. *Conſideremus nos invicem, ut provocemus ad charitatem & bona opera. Non deſerentes Synagogam* [Eccleſiam] *noſtram, ſicuti mos eſt nonnullis, ſed adhortantes invicem, idqve hoc magis, qvòd videtis appropinqvantem diem* [Domini.] Ebr. X, 24. 25. Stylô Biblico *Auditores* (non ſoli Eccle-

cleſiaſtici) vocantur CLERI: *Paſcite gregem* (Auditores veſtros) *non ceu dominantes in* CLEROS, *ſed ſitis exemplaria gregis*, 1. Petr. V, 2. 3. *Priedeaux* Opp. fol. m. 646. dicit: eſſe *Clerum Eccleſiam*, [de qvo l. c.] & *Clerum Eccleſiæ*, per qvem ſolos Miniſtros Eccleſiæ intelligit. Cùm igitur Auditores per puram verbi prædicationem & legitimam Sacramentorum adminiſtrationem, ad ſalutem æternam, propter gloriam DEI à Miniſtris ſint perducendi, manifeſtum eſt *Miniſterii Eccleſiaſtici finem proximum, purâ prædicatone* ac *Sacramentorum adminiſtratione: Intermedium, ſalute* hominum: *Ultimum* verò *gloria Dei* abſolvi.

## CXLIII.

Sive divinitùs inſtituti

*Per me* (inqvit æterna ſapientia) *regnant REGES, & dominatores decernunt juſtitiam. Per me*

A. W. Ro.

Qvid S. P. & C.

*me PRINCIPES gerunt Principatum, & omnes JUDICES terræ.* Prov, IIX, 15. 16. *Non eſt poteſtas niſi à DEO: quæ verò poteſtates ſunt, à DEO ordinatæ ſunt Qviſqvis* (itaqve) *poteſtati reſiſtit, DEI ordinationi reſiſtit. DEI enim Miniſter eſt, non fruſtra gladium geſtans: DEI enim miniſter eſt, ultor ad iram, malum facienti. Qvapropter oportet eſſe ſubditos non ſolùm propter iram, verùm etiam propter conſcientiam*, Rom. XIII, 1, 2. 3. 4. 5. 1. Pet. II, 13. ſeq. MAGISTRATUS,

CXLIV.

P. *Omnis anima* [etiam Clerici] *poteſtatibus ſubdita ſit* ( ut *obediat in omnibus, niſi magis obediendum ſit* DEO, Act. V, 29. ) *non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam*, Rom. XIII, 1. 5. ſeu *propter Dominum*, 1. Pet. II, 13. *Apoſtolus ad omnes Chriſtianos univerſaliter loqvitur,* horumqve ſubditi,

*non*

*non excipiens Clericos*, inqvit de Rom. l.c. *Bannez.* 220.q.LXVII. à 1. Concl. 2. Idem ait *Chryſoſt. Theophyl. Theodoret. Oecumen. omnes Græci ad* l.c. fatente & *approbante Cl. Eſpenc.* ad Tit. III.digreſſ.X.Oper.fol.572.ſeqq. Conſentit etiam *Bernhardus* ad Epiſcop.Senonenſ. Ep.XLII.*non paratus cedere, etſi totus terrarum orbis adverſus ipſum conjuraret, Ep.CLXX.* Certe *Salomo* jure Regiô *punivit & ab officio ne ampliùs eſſet Sacerdos, removit Abiatharũ ſeditionis reum*, 1. Reg. II,26. ſeq. *Propter hoc* (conſcientiam) *vectigalia Magiſtratui, tanquam DEI miniſtris ſolvitis*, Rom.XIII,6. *Reddite igitur, quod debetur, tributum, cui tributum, vectigal, cui vectigal, timorem, honorem*, verſ. 7. *Adhortor, ut ante omnia fiant deprecationes, obſecrationes, interpellationes, gratiarum actiones, pro*

*Regi-*

Regibus omnibus, in eminentia conſtitutis (utut adhuc ſint infideles) ut placidam & qvietam vitam degamus, cum omni pietate & honeſtate: nam hoc bonum eſt & acceptum coram DEO, 1. Tim. II, 1. 2. 3. Qværite proſperitatem iſtius Civitatis, qvo deportavi Vos, & orate pro ea Jehovam: nam in proſperitate ejus futura eſt Vobis proſperitas, Jerem. XXIX, 7.

CXLV.

Bellum Juſtum Divinâ autoritate (Num. XXXI, 2.3.4.5.6. ſeq. [Milites,] Joſ. I, 6.) Exemplisqve Sanctorum, Abrahami (Gen. XIV, 14.) Jacobi (c. XLIIX, 22.) Moſis, Joſuæ, Judicum, piorum Regum, Davidis, Ezechiæ, Joſaphati nititur, nec ullibi in Scripturis prohibitum eſt. Unde Johannes milites Romanos, rogatus ab iisdem qvid facere debeant, ut effugerent venturam iram? non mili-



A.W.S.Schvv.

*tiâ abire, ſed ſtipendiis* (militaribus) *contentos eſſe, neminemq; concutere* (Luc. III, 14. coll. 7.) *juſſit.* Bonâ igitur conſcientiâ militaria ſtipendia acceperunt. Conf. *pro Bello*, Matth. IIX, 9. Actor. X, 1. coll. 7. 48. XXIII, 17. 23. ſeq.

## CXLVI.

Carnifices (aliiq; Juſtitiæ Executores.)

Carnifices ſunt executores Juſtitiæ & juſſu magiſtratûs *Divinitus* ipſis *commiſſô gladio* (Roman. XIII, 4. *qvi* enim *ſangvinem hominis effuderit, ipſius ſangvis iterum debet effundi*, Gen. IX, 6.) maleficos feriunt, ſuntqve *Manus Legum*. *Godofr.* ad Novel. LXIX. c. 3.

A. W. S. Schuv. R.

## CXLVII.

ſive OECONOMI

*Simile eſt regnum cœlorum homini* οἰκοδεσπότῃ *exienti primo diluculo ad conducendos operarios in vineam ſuam, &c.* Matth. XX, 1. ſeqq. *Jehova benedixit Abrahamo, Domino meo, valde, dedit*

*dedit enim ei greges, armenta, argentum, aurum, ſervos, ancillas, camelos & aſinos*, Geneſ. XXIV, 35. Divitiæ igitur ſunt DEI donum, bonâq; conſcientiâ, (ultra qvotidianam neceſſitatem victûs & amictûs) legitimè [*non per injuſtitiam*] partæ, poſſideri poſſunt: modò *ne abominandâ profanentur* [1. Tim. VI, 10. Coll. III, 5.] AVARITIA, *qvæ eſt radix omnium molorum*, 1. Tim. IV, 10. contra primam & ſceundam Tabulam Decalogi. Lædit enim charitatem DEI & proximi, ( οὐ γάρ ἐστιν ἄνδρα φιλάργυρον γεγονέναι ἀγαθὸν Æſchin.) imò *evertit propriam domum*, Prov. XV, 27. CAVETE *igitur ab avaritia* Luc. XII, 15. *Sint mores alieni ab avaritia*, Ebr XIII, 5. Imô *ne nominetur qvidem inter Sanctos*, Eph. V, 3. Qvare NB. *ne commiſceamini, ſi qvis, frater*

" *ap-*

" *appellatus, fuerit* Avarus
" *cum ejusmodi* Ne Cibum *qui-*
" *dem* Capiatis, 1. Cor. V, 11.
*Avarus* enim, qvi *eſt idololatra*,
*non habet hædritatem in regno*
*Chriſti & Dei*, Eph. V, 5. 2. Cor, VI.
10. Cæterum *Patrum familias*
ac *dominorum* erga *ſervos* offi-
cium hoc eſt: *Domini, erga ſer-*
*vos benè Vos gerite, remittentes*
*minas, ſcientes, qvod & veſter &*
*ipſorum Dominus ſit in coelo, nec*
*Perſonæ reſpectus ſit apud illum*,
Epheſ. VI, 9. *Vos Domini æqvi-*
*tatem & æqvabilitatem ſervis ex-*
*hibete, ſcientes, qvod & Vos Do-*
*minum habeatis in coelis*, Col.
IV, v. 1.

## CXLIIX.

Cœli-
bes

*Arbitror, qvod propter præ-*
*ſentem* ( perſecutionis ) *neceſſi-*
*tatem bonum ſit, hominem eſſe*
*coelibem. Sed tamen ſi duxeris*
*Uxorem, non peccáſti, & ſi nupſe-*
*rit Virgo, non pccavit*, 1. Cor.
VII.

VII, 26. 28. *Et ſi bonum ſit, mulierem non tangere tamen propter fornicationem* (vitandam) *quilibet ſuam Uxorem, & qvælibet ſuum Virum habere debet*, v. 1. 2. *Qvi igitur ſe non continent, contrahant matrimonium: melius enim eſt matrimoniũ contrahere, qvam* (in cœlibatu) *uri*, v. 9. Cœlibatus autem nemini (ad Conjugium apto,) præceptus eſt. *De Virginiibus* (etſi in cœlibatu caſtis) *præceptum* (in cœlibatu neceſſariò manendi) *non habeo*, v. 25. Si de Virginibus non caſtis loqveretur, non poſſet dicere: *ſe præceptum Domini non habere. Tales* enim *omninò, ex præcepto divino tenentur nubere*, v. 9.

## CXLIX.

CONJUGES

*Non eſt bonum homini, eſſe ſolum, faciamus* (igitur) *ei adjutorium*, Gen. II, 18. ſeqq. Matth. XIX, 4. ſeqq. *Ut ſine* (*Mulier* ſcil.

& Vir non Eunuchus; ad generationem qvippe naturaliter ineptus, qvia nec naturalia ad generandum divinitùs deſtinata inſtrumenta habet: nec à Deo ad Matrimonium in hoc mutilo ſtatu eſt conditus, Matth. XIX, 12. cum Interpp. *B. Luth*. T. II. Jenenſ. Lat. fol. 146. 148. T. II. Alteb. fol. 209. Conf. *Danh*. Caſ. Conſ. h. l. *Gerhard*. de conjug. §. CCXXXV, *Lyſer*. Harmon. c. CXXIX. *Menzer*. de conjug. f. 45. *Philip*. Corp. doctr. f. m. 855. *Carpz*. Conſiſtorial. L. II. Tit. 1. Defin. XVI. n. 1. *Conſentiunt Papp. in univerſum*. Unde Sixtus V. *Motu propr. An*. 1587. *Conjugia per qvoscunqve Evnuchos & Spadones utroqve teſte carentes &c. contracta nulla, irrita, & invalida eſſe decernit, NB. etſi fœmina conſcia illius defectûs jure ſuo cedere velit*. Vide Trullench. *L. VII.*

*Prax*

*Prax. Sacram c. IX, dub. XV,*)

Po. Duo (non plures) *in carne* UNA, Gen. II. 22. 24. Matth. XIX, 4 ſeq. Marc. X, 11. ſeq. *& qvilibet Vir ſuam Uxorem* (non plures) *qvælibet autem Uxor* ἴδιον PROPRIUM (Ergò cùm alia non ſimul communem. Aliter comparatum eſt cum *Polygamia ſucceſſiva, qvæ licita eſt* 1. Cor. VII, 39.) VIRUM *habeat*, 1. Cor. VII, 2. & 4. ubi vox ὁμοίως vel maximè urgenda. *Mulierem ad ſororem* [i. e. unam ad alteram] *ne accipiat*, Levit, XIIX, 26. *Polygamia ſimultanea* vocatur *perfidia*, qvam Deus punit, Mal. II. 25, Vide omnino prolixiùs expenſum hunc locum cum priore *Colleg. Anti-Socin. fol.* 1125. *ſeqq. Modò ne* QVISQVAM *ad* [שאר בשרו] *proximam carnis ſuæ* [vel *infra*, vel *ſupra*, vel *ad latera* : juxta lineam ſc. túm RECTAM, aſcendentem vel deſcendentem, tùm

OBLIQVAM ſive collateralem, ſive ſit æqvalis ſive inæqvalis, reſp. *conſangvinitatis* & *affinitatis*, contra *gradus*, Levit. XIIX. *ex* P.
*lege morali*, non ceremoniali, qvia *etiam gentes eâdem ad culpam & pœnam obligabantur*, v, 25. prohibitos, v. 6. ſeqq.) & *contra parentum conſenſum* (Col. III, 20. Exod. XXII, 16. ſeq. XXXIV, 16. Deut. VII, 3. Jer. XXIX, 6. Eccl. VII, 27. 1. Cor. VII, 38. coll. Num. XXX, 4. 5. 6.) ACCEDAT NEMINI autem nec Clericis, nec caſtita- P.
tem olim voventibus, prohiberi poteſt matrimonium, ſi neceſſitas uſtionis urgeat. *Conjugium* enim *in OMNIBUS* (partibus ac hominibus) *honorabile eſt*, Ebr. XIII, 4. Conf. *Socrat*. L. I. c. XXII. *Niceph*. L. IIX. c. XIX. *Propter ſcortationem* QVILIBET (Clericus, Laicus,) *habeto propriam Uxorem*: & QVÆLIBET (Monialis & Laica) *proprium*

*Vi-*

*Virum*, 1. Cor. VII, 2. Nam *Qui non continet*, DEBET *uxorari* v. 9. Unde *Paulo* (Clerico, Apoſtolo) *licuit habere Uxorem*, *quemadmodum & cæteri* (habuerunt) *Apoſtoli*, *& Fratres Domini* ac *Cephas* (Petrus habuerunt,) 1. Cor. IX. 5. *Non vitupero reliquos*, *quòd rei Uxoriæ ſe dederint* ὅτι γάμοις προσωμίλησαν) *e, g. Abraham*, *Iſaac*, *Jacob*, *Joſeph*, *Iſaiam*, *Petrum*, *Paulum & alios Apoſtolos*, *qui nuptiis dederunt operam*. *Ignat* Epiſtol. ad Philadelph. Conf. C. *omninò* Diſt. XXXI. *Apoſtolos uxoratos* adduxit *Cl. Eſpencæus* Oper. fol. 681. ſeqq. Vid. Matth IIX, 14. Luc. IV, 38. Act. XXI, 9 Jeſuitica verò *exceptiuncula* (*Apoſtolos officio durante*, *Uxoribus nonuſos*) merum figmentum eſt. *Epiſcopi uxorati laudantur*, 1. Tim. III, 2. *Prohibitio* verò *matrimonii eſt doctrina*

*Dæmoniorum.* c. IV, 3. Qvem locum vindicavit ipſiſmet Papiſtarum teſtimoniis, nondum confutatus *Gerhardus*, Confeſſ. Cathol. L. II. Special P. II. a. VI. c. IV. omnibus habilibus per naturam, dictum eſt: *Creſcite & multiplicamini.* (Gen. I, 28.) *mutuum adjutorium* (conjugale Gen. II, 18.) *præſtate*: *Conjugio* etiam *ut remedio libidinis* (1. Cor. VII, 2. 5. (*utimini. Propter fornicationem* enim [vitandam] *qvilibet ſuam Uxorem, & qvælibet ſuum Virum habere debet*, 1. Cor. VII, 2. ipſe *Bell.* L. I. de Cler. toto cap. XIIX. ex 1. Tim. III, 2. &c. probat: *Cœlibatum Clericorum nec divinitus præceptum: nec uxores à DEO prohibitas* eſſe *Sacerdotibus.* Vide ibi omninò, & lege verba *Paphnutii* ad Synodum. c. Nicena 12. diſt. 31. UXORES *ſubditi eſtote Viris* PROPRIIS.

*ſicuti convenit in Domino* (& *ſicuti Domino*, Eph. V, 22. *Mariti enim debent eſſe earum Domini*, Gen. III, 16. Viri verò *diligite* Uxores, *nec ſitis adverſus illas amarulenti*, Coll. III, 19. ſeq. *Liberos* (ô Parentes) *ad iram non provocate, ne deſpondeant animum, ſed potiùs per eruditionem & correptionem Domini* (Epheſ. VI, 4. Col, III, 21.) *educate*, ipſisqve *proſpicite de neceſſariis*: *qvi* enim hoc *non facit, fidem abnegavit, & infideli deterior eſt*, 1. Tim, V, 8.

CL.

Pri Matrimonium, qvoad vinculum, nihil ſolvit, (*qvod* enim *Deus conjunxit*, *Homo* pro lubitu, *ſeparare non poteſt*, Matth. XIX, 6. præterqvam (A) Mors, (*Uxor eſt alligata per matrimonium, qvamdiu maritus vivit, qvi ſi dormierit*, Libera eſt, *ad nubendum cui velit*, 1. Cor. VII,

humanitus indiſſolubili vinculo copulati,

39. coll. Rom. VII, 1. 2. 3, ) &(B) Adulterium [*qvi repudiaverit uxorem*, Nisi *ob adulterium* &c. Matth. XIX, 9. *Per adulterium* enim fiunt *duo in plures carnes*, 1. Cor. VI, 16. qvi *debebant* eſſe *tantùm in unam*, Gen. II, 24.) cui Malitiosa Desertio, qvã Apoſtolus, inſpirante Spiritu *S.* ob præſumtionem adulterii in deſertore, & periculum ejus in parte deſertâ [Vid. *Hülſem. Brev. c. XXI.* §. 16.] adulterio æqviparat [eſt enim eſſentiæ Conjugii repugnans, & ut plurimum ex fornicatione dependens. Vid. *Carpzov. Conſiſtorial.* L. II. Defin. CXCII.] æqvipollet. *Si* enim *incredulus diſcedit* [malitiosè conjugem deſerens,] *diſcedat: non eſt* [hoc caſu] *ſervituti* [i. e. qvaſi non haberet *poteſtatem corporis ſui*, 1. Cor. VII, 4. ut alteri, *ſervato legitimo proceſſu*, fidem conjugalem dare non poſſit] *ſub-*

*Subjectus frater aut ſoror*, 1. Cor. VII, 15. Qvæ ratio valet in *conjuge infideli*, eadem etiam valet in *fideli*. Infidelitas enim non variat vinculum conjugii. De *proceſſu* verò *Deſertionis* vide *Carpz.* l. c. L, III. tot. Tit. V.

CLI.

*Filii obedite Parentibus veſtris in Domino: nam id eſt juſtum, Honora Patrem tuum & Matrem (qvod eſt præceptum primum in promisſione,) ut benè ſit tibi & ſis longævus ſuper terram*, Eph. VI, 1.2.3. Exod. XX, 12. *Filii obedite Parentibus in omnibus* (qvæ *non ſunt contra Deum*, Matth. X, 37. Luc. XIV, 26, coll. Actor. IV, 19. Luc. II, 49.) *Hoc enim benè placet Domino*, Col. III, 20. horumqve Liberi

CLII.

*Servi obedite per omnia* (excip. Act. IV, 19.) *iis, qvi Domini ſunt ſecundùm carnem, cum* ac Servi, cum Ancillis

*timore & tremore, non obſeqviis ad oculum exhibitis, tanqvam hominibus placere ſtudentes, ſed ſimplicitate cordis timentes Deum: & qvicqvid feceritis, èx animo facite, tanqvam NB. DOMINO, & NON HOMINIBUS: ſcientes, qvòd à Domino recipietis mercedem hæreditatis: nam Domino CHRISTO ſervitis*, Col. III. 22. 23. 24. coll. Eph. IV, 5. ſeqq. 1. Tim. VI, 1. 2. *Servi non debent eſſe reſponſatores, ἀντιλέγοντες, non ſuffurantes, ſed fidem omnem oſtendentes bonam* Tit. II, 9. 10. *Famuli ſubditi ſint cum omni timore Domi nis non ſolùm bonis ac humanis, ſed etiam* (duris ac) *pravis*, 1. Pet. II, 18. *Ancillarum* officium ex Pſalm. CXXIII, 2. aliisqve locis notum eſt.

CLIII.

vel denique, *Audiſtis, qvòd Anti-Chriſtus* (ſpecifice dictus) *venturus ſit*

*qvam-*

*qvamvis etiam nunc Anti-Chriſti* (etymologicè tales) *multi cœperint eſſe, unde ſcimus noviſſimum tempus eſſe*, 1. Joh. II, 18. *Dies Chriſti non veniet, niſi venerit primum* AROSTASIA (magna) *& revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qvi eſt Adverſarius* (Anti-Chriſtus) *& effert ſe adverſus omnem* (Magiſtratum,) *qvi dicitur DEUS*, (Conf. Pſ. LXXXII, 6. Joh. X, 34. *aut Numen* σέβασμα. Unde σεβαςὸς AUGUSTUS, Titulus Imperatorum) *adeò ut in Templo DEI* (Eccleſiâ) *ſedeat, tanqvàm DEUS*, (cui nemo dicere debeat, qvid facis? Unde Papiſtæ: Pontifex dicitur *DEUS Chriſtianorum, apud Baron.* an. 1162. n. 3 *eſt Deus*, in *gloſſ. Extrav.* Joh. XXII. c. *cum inter* IV, de V. S. Tit. XIV. qvæ *extravagans*, ut titulus habet, *valde notabilis eſt, & gloſſas habet pro-*

com-munis Hoſtis ANTI-CHRISTUS.

 *fun-*

*fundas ex Scriptura* hauſtas, &c. ſcil. Qvid? c. VII. Diſt. XCVI. è Nicol. Papâ expreſſè dicitur, *Papa à nemine judicari poteſt, quia eſt Deus. Deus autem à nemine judicari poteſt, &c.* Qvod argumentum tractat *Jacobus Laurentius Grot. Papizant.* fol. 13. ad 19. Etſi verò neceſſe non ſit ut dicat disertè: *ſe eſſe Deum*; ſatis tamen eſſe, *ut oſtentet ſe factis veluti Deum, Cryſoſt. Theodoret. Theophyl. alii* dudum obſervârunt ex textu Apoſtoli,] OSTENTANS SEIPSUM QVASI SIT DEUS, *Qvid autem nunc detineat* [Imperium ſcil. adhuc gentile [*ſcitis, ut reveletur ſuo tempore: nam* MYSTERIUM INIQVITATIS [ſive Antichriſtianismi, qvi conſiſtit tùm in conſtituendo ejusmodi leges, vel autoritativè docendo tales doctrinas, qvæ naturaliter evertant verum Evangelii Chriſti

ſcopum;

ſcopum: tum in agendo hoc, tantô cum artificio tamqve pulchro prætextu, ut mundo interim perſvadeant ſe opus Dei facere, regnumq́; Chriſti promovere) *nunc* Agit, *niſi qvod qvi in præſenti detinet, ſit è medio olim tollendus. Et nunc* (Imperiô ad Chriſtianos translatô) *patefiet iniqvus* (ἄνομος & Exlex, Legiqve Contrarius) *ille, qvem Dominus conficiet Spiritu oris ſui, & abolevit claritate adventûs ſui,* (Eum,) *cujus adventus eſt ſecundum operationem Satanæ, cum omnipotentia & ſignis & prodigiis mendacibus* (utut non ſemper qvoad rem: ſemper tamen qvoad *intentionem decipiendi.* Vid. *Brev Hülſem.* c. XXII. §. XIII.) *& cum* Omni Deceptione *injuſtitiæ in iis, qvi pereunt,* 2. Theſſal. II, 3. ſeq. Spiritus (Sanctus) ῥητῶς (diſertis verbis non ἀῤῥητῶς in Scriptura V. T. Novum enim Teſtamentum

tùm nondum extitit) dicit. (ſc. hoc in V. T. ῥητῶς extat, nim. Dan. X. Vid omninò *Medum Apoſtaſ. noviſſimorum temp. f.* 133. *qvod in poſterioribus temporibus defecturi ſint qvidam à fide, attendentes impoſtoribus ac doctrinis dæmoniorum* (vel Dæmonologiæ. i.e. idololatriæ defunctorum & imaginum Sanctorum cultu. Vide *Medum* ibid: Certè Dæmonologiam ſ. cultum defunctorum etiam *Epiphan. Hær.* CXXIIX. *fin.* intelligit. Et hoc dictum Apoſtoli de Monachis in Papatu, qvi ſunt exercitus Anti-Chriſti, *Nicol de Clemangis* exponit: Undè palpabilis demonſtratio. Qvæ Secta poſt Apoſtaſiam 1.) Dæmonologiam introduxit. 2.) Matrimonium prohibet, & 3. abſtinere à cibis jubet, illa eſt Antichriſtiana per *l. c.* At Secta Clericorum Papalium talis eſt. Ergo. In qva Dæmonologia pejores ipſis Gentilibus

ſunt

ſunt. Videas enim defendi apud *Vaſqv. L. III. de Adorat. Diſp. l. c. V. fol.* 410. *ſeqq.* adorationem, imaginis, ſub qva Diabolus deliteſcit: Ubi aliorum hypotheſis: Ich bete dich an/wenn du nicht der Teuffel biſt / diſertè rejicitur) PROHIBENTIUM *contrahere* MATRIMONIUM, & JUBENTIUM ABSTINERE A CIBIS. 1. Tim, IV, 1. ſeqq. Sedes Antichriſti Occidentalis (*Orientalis* enim eſt *Gog & Magog* ſive *Turca*, de qvo vid Ezech. XXXIIX, 2. 3. XXXIX. 1. 4. 6. Apoc. XX, 8.) eſt ROMA per *ſeptem montes* (Apoc. XVII, 9. fatentibus *Corn. à Lap.* h. l. *aliisq;*) ſignificata, Romam autem *gentilem adhuc*, intelligi, Jeſuitarum nihil hactenus probantium, inane effugium eſt. *Proprietates Anti-Chriſti* (I. inſignem ſc. *Apoſtaſiam*: II, ſingularem *hypocriſin*: III. affectationem *miraculorum*: IV.

re-

*repurgantiam adverſus DEUM* in doctrina ac moribus: V. ſangvinolentam contradicentium *perſecutionem*: VI. *arrogationem poteſtatis* in totam Hierarchiam Eccleſiaſticam: VII. *Tyrannidem* in ſtatum *Eccleſiaſticum*: IIX. E*lationem* ſupra omnem *Magiſtratum* Politicum; *IX. Tyrannidem* ac injuriam in *ſtatum conjugalem*: *X. jus gentium*, ac *XI. naturale*. NB. qvarum univerſus cumulus & durationis latitudo *in unum numerô hominem* ejusqve vitam, cadere non poteſt,] ex Scripturis, per experientiam ad Papam Romanum, cum aliis orthodoxis, apodicticè applicavit *B. Hülſeman. Brev. c. ult. §. X.* ad *XX.* incluſ. qvi etiam §. XXIII. probavit, eos, qvi Romanum Papam Antichriſtum vocant, *neqvaqvam Crimen læſæ Majeſtatis* adv. Rom. Imperator. committere, Vid. ex

pro

profeſſo *B. Bened. Carpzov.* de hâc qvæſt. & *B. Nicol. Hunn.* in Innocentia Lutheranor. omnino. Tùm non à ſolis Lutheranis, ſed diu antè, *Papa Romanus pro AntiChriſto habitus* eſt ab *Imperatoribus, Regibus, Principibus, Hiſtoricis Politicis*, qvin & *Theologis* ac *Epiſcopis* qvod probat *Gerh.* Conf. Cathol. P. I. L. III, ſpeicial. fol. 669. ſeqq.

CLIV.

Oportet [neceſſitate conſeqventiæ: propter malitiam hominum] *Hæreſes eſſe inter vos*, *ut* [dirigente eas *Deo in bonum finem*, Conf. Rom. IIX. 28.] *qvi probati ſunt manifeſti fiant*, 1. Corinth. XI, 19. *Hæreſis* autem eſt *opus carnis* [Galat. V, 19. 20.] à *regno Dei* [verſ 21. coll. 2. Pet. II, 1.] *excludens*, *Hæreticorum ſermo ut gangræna ſerpit*, *qvi circa veritatem* [fundamentaliter] *aberrantes ſubvertunt fidem*,

aut qvicunqve alius HÆRETICUS,

*dem*, 2. Tim. II, 17. 18. *Hæreticum hominem poſt unam & alteram admonitionem* (& evvoris demonſtrationem ) DEVITA, *ſciens* ( & ex fruſtrata admonitione ac confutatione *à poſteriori* firmiter collige ( *qvod everſus ſit ejusmodi*, & ( *Spiritus S. judiciô*, licet homo καρδιογνώστης non ſit) αὐτοκατάκριτος *peccet*, Tit. III, 10. Porrò αὐτοκατάκριτος dicitur, vel, *qvia, in qvo damnatur, ſibi elegit*, *Tertullian.* de præſcript. fol. m. 97. vel. qvia *ſpontè ſeſe ab Eccleſia, extra qvam non eſt ſalus, ſeparat*, *Hieron.* alii: vel, qvia *ipſe docet, damnatione eſſe dignos, qvi veritati fideiqve reſiſtunt*; vel etiam (qvi ultimus hæreticæ pravitatis gradus eſt) *qvia contra ſuam conſcientiam* (ἑκουσίως *peccans*, Ebr. X, 26. ) *fidem impugnat*. Cùm verò *nemo ad fidem cogi* qveat, ( 2. Cor. I, 24, id enim

*contra*

*contra voluntatis*, *imò* fatente *Maldonato* Tom. I. Diſpp. fol. 72. *& fidei naturam eſt. Religionis* ſiqvidem *non eſt religionem cogere*, *Tertullianus* ad Scapul, *Lactantius* Inſtitut. L. IV, c. XIX, *Clemens Alexandr*, Pædagog. L. I c. 1. *Chryſoſtom.* alii apud *Eſtium* in

P. 2. Cor. I. ult. *Inaudita prædicatio eſt, qvæ verberibus exigit fidem*, *c. qvid autem* D. XLV. *ex Gregor.* L. II. Ep. LII. ſeu PISTOLICE, non EPISTOLICE, *homines convertit*, *Juniper*, *de Ancon.* fol. 32. )Hæreticus ut Sic niſi ſit blaſphemus, facinoroſus, aut ſeditioſus, interfici non debet. *Eccleſia* enim *Novi Teſtamenti ſine ſangvine ac cæde propagat Evangelium*: Eſa. XI, 6. 9. coll. Matth. XIII, 29. ſeq. Luc. IX, 54. 2. Cor. X, 4. 8. XIII. 10. 2. Joh. V, 10. &c. vide omninò *Affelman. Synt*, P. I. fol, 619. ſeqq.

## CLV.

Schismaticus.

*Obſecro Vos, Fratres, per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut idem loqvamini, etiam non ſint inter vos Schiſmata, ſed ſitis integrum corpus eâdem mente & ſententia. Significatum enim mihi eſt de Vobis, qvod dicatis: Ego Pauli; ego Apollinis; ego Cephæ; ego Chriſti,* 1. Cor. I, 10. ſeqq. *Schiſma & hæreſis in ſenſu lato eadem.* 1. Cor. XI, 18 ſeq. Vid. *Affelman.* P, I. fol. 648. *Lutherus* ſe non ſeparavit, aut Schiſma fecit, ſed *Leo* X. qvi per illegalem excommunicationem Lutherũ cum ſociis, *pendente Apellatione, ad univerſale Concilium,* anno 1520. coram Notario & Teſtibus, (exemplô Sorbonæ 1512. *Joh. Lavnoius Part. II, Epiſt. ultimâ ad Nicolaum Parvipedeum* probat ex ipſorum & Pontificum ſcriptis: ab ipſis Pontificibus ad Concilium provocat poſſe. P.

poſſe. Primus qvi hoc vetuit, fuit Pius II.) interpoſitâ, ejecit ex cœtu Eccleſiæ Romanæ. *Zwinglianos* etiam Auguſtæ, poſt exhibitam peculiarem Confeſſionem, à noſtris Eccleſiis ſeceſſum feciſſe, manifeſtum eſt. Vid. *Hülſem. Brev. Suppl.* c. XVII, §. XI. *Voët. Deſperat. cauſ.* Pap. fol. 720. ſeqq. *Armin.* Diſp. XX. & noviſſimè ipſum *Sereniſſimum Dn. Erneſtum Landgrav. Haſſ.* qvi cauſam Schiſmatis in ipſosmet Papiſtas & Calvinianos rejicit, L. II. c. IV. *Sincer. & Diſcret. Cathol* fol. 236. ſeqq. 445. 61. 647. Lege *Dn. D. Kühn. Diſcreti Cathol. Avtocatacr.* fol. 54. ſeqq.

CLVI.

Apoſtatarum (intenſive) maximi, ſunt *peccatores in Spiritum Sanctum* Ebr. VI. 4. 5. 6. X, 26. *Qvidam apoſtatant à cognita via juſtitiæ*, 2. Petr. II, 20. 21. *Apoſtaſia Antichriſti* prædicta eſt. 2. Apoſtatas

Theſſ.

Theſſ. II, 3. intelligitur autem ἀποςασία *à fide*, 1. Tim. IV, 1. *cujus naufragium fecerunt Hymenæus & Alexander, qvos Satanæ tradidit Apoſtolus*, 1. Timoth. I, 19. 20. *Videte* igitur, *fratres, ne ſit in nullo veſtrûm cor malum, ut apoſtatet à DEO vivo, qvemadmodùm diſceſſerunt qvidam ex Iſraëlitis* REGENTES, Ebr. III, 12. coll. 7. 8. ſeq. Ergò FIDES eſt AMISSIBILIS & Apoſtaſia Sanctorum poſſibilis. Qvi enim ſuper Petram ſunt, ad *tempus credunt, ſed tempore tentationis* ἀφίςανται *apoſtatant*. Luc. IIX, 13. *Exempla* habes *in Populo Iſraëlitico, Aarone*, Exod. XXXII, 1 ſeqq. Jud. II, 11. 12. 19. Ita *David ex viro ſecundum cor Dei, factus eſt filius mortis*, 2. Sam. XII, 5. Vid. *Hülſem. Brev.* c. XIII. §. X. ſeq. De electis verò Scriptura loqvitur dupliciter: qvatenùs ſc. vel adhuc in *via* ſeu

ſeu *peregrinatione*; vel ut ſunt in ipſo *vitæ termino* conſtituti. *Illô modô totaliter*, gratiâ & fide excidere poſſunt, 1. Cor. X, 12. *Hoc pactô* ſeu *finaliter* deficere neqveunt, Matth, XXIV, 24

## CLVII.

Neutralis,

*Qvousqve claudicatis in utrumqve latus? Si DEUS Jehova eſt, ſeqvimini eum, ſi Baal Deus; ſeqvimini ipſum* 1. Reg. XIIX, 21 *Scio opera tua, qvod neqve frigidus ſis, neqve fervidus. Utinam autem frigidus eſſes, aut fervidus. Itaqve qvoniam tepiduces, nec ſervidus, nec frigidus, incipiam te evomere ex ore meo*, Apoc. III, 15. ſeq. *Omnis religio, nulla eſt religio*, ſicuti πολυθεότης eſt ἀθεότης. Eph II, 12. *Non decet enim Chriſtianũ in DEI cauſa* NEUTRUM *eſſe*.

## CLIIX.

Syncretiſtæ (dicti à *Cretenſibus*

infau-

ſtus vō Pacificator, SYNCRETISTA fuerit.

*bus*, qvi *bellis civilibus exagitati, externo hoſte adventantè pacem coiverunt*, καὶ τοῦτο ἦν ὁκαλύμενος ὑπ' αὐτῶν συγκρητισμὸς, ap *Plutarch.* περὶ Φιλαδελφ. T. II. Opp. f. m. 490. Confer. *Danhaw. Illic* fol. 93.) dicunt: PAX, PAX, & tamen NON EST PAX, Jerem. VI, 14. *Pax* enim *vera* (ab illis) *falſæ pacis mendacio tollitur*, (juxta *Cyprian.* L. 1. Ep. III.) dum eorum *Syncretiſmus* ſimilis eſt *Epiſtolæ volanti. ſecundum qvam omnes fures* (qvaliter dicuntur *Verbum divinum adulterantes*, Jerem. XXIII, 30. Johann X, 1. *abſolvuntur* Zach. V, 3. Nos verò VERITATEM (primum, tùm) PACEM *qværere* (Zachar. IIX. 19, jubemur. VERITATEM, inqvam, revelatam UNIVERSAM: propter hanc immotam ex 2. *Tim. III*, 14. 15. 16. demonſtrationem: *In qvo perſiſtere jubetur Timotheus*

*in-*

*in illo & nobis perſiſtendum, nihilq́; qvod ei adverſatur, approbandum*: Ave enim *non eſt dicendum ei, qvi hanc doctrinam non affert* (2. *Joh. verſ.* 10. *ſeq.*) *Atqvi Timotheus in univerſa doctrina cœleſti*, (2 Tim. III, 16.) *perſiſtere jubetur* (v. 14.) *Ergò*. Et, ne ogganniant Syncretiſtæ, ſufficere conſenſum in illis doctrinæ capitibus, qvæ omnibus omninò ſalvandis, ſimpliciter neceſſaria ſunt, (NB. etiamſi & hoc falſum ſit, etiam in talibus inter nos & Calvin. atqve Papp. conſenſum eſſe) tale argumentum nectit Dn. Muſæus: *Qvæ doctrinæ partes Eccleſiæ ita neceſſariæ ſunt, ut absqve illis omnes officii partes à DEO ſibi demandatas cum fructu obire & explere non poſſit, illas tenetur Eccleſia, vi mandati divini, ſartas tectas ſervare, ita, ut, NB.* Pacem & Con-

CORDIAM *cum alia, in illis diſſentiente Eccleſia, manente utrinq; diſſenſu,* INIRE NON POSSIT. *Atqui non ſola dogmata illa, quæ omnibus omnino ſimpliciter neceſſaria ſunt, ſed omnes totius doctrinæ divinitùs revelatæ partes ita Eccleſiæ ſunt neceſſariæ, ut absque illis omnes officii partes à DEO ſibi demandatas cum fructu obire & explere non poſſit. Ergò. Eſt enim Eccleſiæ, velut Matris fidelium, ut pariat DEO filios, ut natos in fide educet, ut lactis potu alat infantes, ut ſolidiori cibo nutriat adultos, ut dubitantes confirmet, afflictos & tentatos erigat, ut è ſomno peccati excitet, & ad pœnitentiam perducat ſecuros, ut deflectentes in ſalutis viam reducat, ut in eadem conſervet omnes; ad quæ omnia obeunda non iis tantùm indiget partibus doctrinæ, quæ*

ſim-

*ſimplicioribus, & qui vel ingenio vel informatione deficiente, ad cæterarum intelligentiam pertingere non poſſunt, neceſſariæ ſunt,* **SED DOCTRINA CHRISTI UNIVERSA**, *quæ uti Scriptura, ita ipſa* **TOTA** *utilis eſt ad doctrinam, ad correctionem, &c. quo ædificari poſſit Eccleſiæ corpus*, Epheſ. IV, 12. Igitur adhuc urgemus PACEM, ſed tantùm cum VERITATE, (totâ revelatâ) *Zachar. IIX*, 19. Quæ enim Pax veritate non nititur, ſed potius cum diſpendio veritatis conjungitur, maledicta Pax eſt. *Nolite* (igitur) *ducere jugum* (Syncretizare) *cum incredulis* (& nolentibus credere veritatem revelatam) *quod enim conſortium eſt juſtitiæ cum injuſtitia?* (v. g. abſoluti, & ipſô Calvinô L. III. Inſtit. c. XXIII. §. VII. teſte HORRIBILIS illius DECRETI, cum-

qve *injuſtitia operum* Papiſmi, &c. *aut qvæ communio luci* (Evangelicæ) *cum tenebris* (hæreticorum) *aut qvæ concordia CHRISTI cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? Qvapropter exite de medio illorum, & ſeparemini ab illis,* DICIT DOMINUS, 2. Cor. VI, 14. ſeqq. *Non tolerandum eſt, ut mulier Jeſabel, qvæ ſe dicit eſſe Prophetiſſam* (& in fundamento Salutis cum Orthodoxis ad amuſſim convenire,) *doceat, ac ſeducat ſervos DEI*, Apoc. II, 20. coll. 14. *Modicum* enim *fermenti corrumpit totam maſſam, qvid propterea debet impediri, coërceri, abſcindi, proſcribi, non minùs, qvàm alia peccata*, contra primam Tabulam, in qvibus *Hæreſis agmen ducit*, Gal. V, 9. 11. Confer. 2. Tim. II, 16. ſeq. *Hæreticum hominem poſt unā & alteram admonitionem* (fruſtratam. Vid. omninò *B. Seldium*

im

im Syncretiſt. Abgott totâ Part. III. ubi manibus palpandum præbuit convictos eſſe Calvinn.) DEVITA, Tit. III, 10. *Si quis autem venit ad Vos, & hanc* (Evangelicam) *doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum* (ergò NB. multò minùs ad communionem Sacramentorum) *nec* AVE (ergò NB. multò minùs fratrem in CHRISTO appelletis) *ei dixeritis. Qui enim ille dicit* AVE, *communicat operibus ejus malis*, 2. Joh. verſ. 10. ſeq. & *qui edunt* (cum heterodoxis) *easdem victimas*, (conſeqventer, etiam qvi participant eadem Sacramenta) *ſacrarii* (ac fidei, qvam ad altare iſtud profiteri ſolent,) *ſunt participes*, 1. Cor. X, 18. *Summa*; Circa falſos Doctores commendatur nobis CAVE Matt. VII, 15. non AVE, 2. Joh. V, 10.

הללויה:

# UNIVERSAM ITAQVE THEOLOGIAM INDIGITAT UNICA *POSITIO GENERALIS* SEQVENS:

*Paragraphi.*

*Loci Theologici.*

I. De THEOLOGIA.

THeologia, 1
Viatorum 2
Hominum, 3
revelata, 4
Est 5
Sapientia 6
veram Religionem, 7
ad Dei gloriam 8
Hominumqve ſalutem, 9
tradens, 10
explicans, 11
& defendens: 12

II. SCRIPTURA.

ex SCRIPTURA, in Legem & Evangelium diſtincta. 13
qvæ θεόπνευστος, 14

in

15 in ſe αὐτόπιστος,
16 Una,
17 Vera,
18 bona,
19 adeoqve Catholica eſt: III. DEO.
20 patefacta à DEO
21 indefinibili,
22 qvi EST
23 Spiritus,
24 ſimplex,
25 incorruptibilis, ac immortalis,
26 immenſus,
27 omnipræſens,
28 ſolus æternus, & ſine Succeſſione Durationis,
29 Omniſcius,
30 omnipotens,
31 ſumme bonus,
32 voluntate
33 ſeriâ
34 miſericordiſſimâqve,
35 OmnibusSeſe communicans;

ſeverâ autem neceſſario puniens, 36

Solus religioſè colendus, 37

IV. Trinitate — tanqvam μονούσιος, 38

V. Christo — ΤΡΙΣΥΠΟΣΤΑΤΟΣ, 39

Pater gignens, 40

Filius genitus, 41

αὐτόθεος 42

ὁμούσιος Patri, 43

Matriqve Mariæ, 44

ſemper-Virgini, 45

θεάνθρωπος, ex perfectâ Deitate perfectâqve Humanitate conſtans. 46

μονυπόστατος, 47

(Filius proinde DEI naturalis, etiam ſecundùm Humanam Naturam.) 48

per Communicationem Idiomaticam 49

Triplici Officio admirandus, 50

Spi-

51 Spirit. S. videl. unctu Bonis immenſis.
52 in *Prophet* m evangelicum,
53 *Sacerdotem*
54 Novi Teſtamenti
55 Monadicum,
56 (adeoqve impeccabilem.)
57 *Regemq;*
58 ut eſſet Mediator ſecundùm utramqve Naturam.
59 Satisfactor (Obedientiâ Vitæ Mortisqve) ex aſſe, (pro Nobis, non Seipsô,)
60 Salvator
61 Redemtorqve catholicus, (absqve ullô ſociô)
62 tandemqve poſt Humanitatis (prius exinanitæ,
63 uſqve ad Mortem,

ſeu triduani Diſceſſûs Animæ. 64
& rupti ſolius Vinculi naturalis ſtatum, 65
in qvô tamen mortuum ejus Corpus neqvaqvam Cadaver extitit, 66
neqve Chriſtus exiſtere deſiit.) 67
Αὐτοζωοποίησιν, 68
atqve Exaltationem, 69
(ad cujus plenarium Uſum, 70
peracto totius perſonæ Deſcenſu, 71
& Aſcenſu, 72
per Seſſionem à Dextris pervenit.) 73
Judex futurus Vivorum àc Mortuorum: 74
Cui [tanqvam ſecundæ Perſonæ) jungenda 75

VI. SPIRITU SANCTO est tertia SPIRITûs SANCTI.

76 à Patre Filioqve procedentis:

77 Qvæ SS. Trinitas eſt CREATOR Omnium, — VII. CREATIONE.

78 Cœli nim. & Terræ; — IIX. ANGELIS.

79 ANGELORUM,

80 (qvorum Qvidam in Bonitate concreatâ

81 ſunt confirmati,

82 poſt ſpontaneum Cæterorum

83 Lapſum:) — XI. HOMINE.

84 & HOMINUM,
(qvorum primus erat Adamus.)

85 INTEGRORUM, — X. IMAGINE DEI.

86 immortalium,

87 ſummè feliciumqve,

88 ſuâmet verò Culpâ LAPSORUM, — XI. LAPSU & PECCATO.

89 nunc à Generatione Peccaminoſorum,

90 & in Univerſum [ne Matre qvidem Domini exceptâ)

| | | |
|---|---|---|
| XII. Servo Arbitrio. | ad Spiritualia planè Mortuorum: | 91 |
| XIII. Regeneratione. | Qvi niſi ἄνωθεν Regeniti | 92 |
| XIV. Sacramentis in Genere, | reparentur per Verbum | 93 |
| | & duo Sacramenta | 94 |
| | ſalvifica, (qvorum Efficacia à ſolius Dei Ordinatione, non Adminiſtrantium intentione, vel Sanctitate dependet) | 95 |
| XV. Baptismo, | τὸν βαπτισμὸν ſcil. | 96 |
| XVI. Eucharistia. | & Eucharistiam, in | 97 |
| XVII. Ecclesia. | Ecclesia, | 98 |
| | ad qvam, ſub ſolô Chriſtô, (qvi nec Collum, nec Caput vicarium patitur) Capite. | 99<br>100 |
| XIIX. Vocatione | Deus *præmiſſâ Luminis Nat Pædagogia*, | 101 |
| | per Verbum | 102 |
| | (adeoq; ſufficiente ſeu efficaci, licet reſiſtibili Gratiâ) | 103 |

omnes

104 Omnes Vocat, XIX. Poeni-<br>
105 tanqvam Poenitentes, tentia.<br>
106 & à Peccatis Absolu- XX. Absolu-<br>
ti, tione.<br>
107 per non Imputationem XXI. Justifi-<br>
Peccatorum, & *Imputationem Juſtitiæ Chriſti*, activæ & paſſivæ (citra omnem dubitandi Cauſam) catione.<br>
108 Solâ Fide,<br>
109 ſine Operibus Justificati;<br>
110 Sancte tamen, XXII. Bonis Operibus.<br>
111 propter Deum, Proximum, & ſeipſos,<br>
112 absqve Scandalo viventes, XXIII. Scandalo.<br>
113 *in finali Fide*, XIV. Prædestinatione.<br>
114 qvam Prædestinatio in Homine ſolùm reſpexit,<br>
15 Cuiqve etiam Providentia inſervit, XXV. Providentia,

| | | |
|---|---|---|
| XXVI. Termino Vitae. | elapſâ Vitæ Clepsydra | 116 |
| XXVII. Morte. | Moriantur, | 117 |
| XXIIX. Damnatione & Inferno, | tanqvam (ob incredulitatem finalem) Reprobi | 118 |
| | in Inferno, | 119 |
| | Viſione Dei ac Beatorum Gloriâ privati. | 120 |
| | æternum cruciabuntur | 121 |
| XXIX. Statu Piorum Post Mortem. | cum Diabolis: | 122 |
| | ſi verò verâ in Chriſtum Fiducia Decedant, | 123 |
| | ſtatim Cœlô recepti | 124 |
| | coram Deo exultabunt [non dormient] cum Beatis; | 125 |
| XXX. Resurrectione. | poſt Resurrectionem autem, | 126 |
| | eorundem Numero Corporum, | 127 |
| | (citra Reſpectum Conditionis | 128 |
| | aut Sexûs ) | 129 |


Sen-

| | | |
|---|---|---|
| 130 | Sententiamque Ultimam in Damnatos, | XXXI. Extremo Judicio, |
| 131 | (ſive chiliaſtico, Intervallo,) latam | |
| 132 | necnon Πανολεθρίαν Universi, | XXXII. Conſummatione Seculi. |
| 133 | priſtina Corpora. Glorificata | |
| 134 | (in qvib9 Deum ipſum ſunt viſuri) | XXXIII. Glorificatione & Vita Æterna, |
| 135 | ſecum habebunt in Beatitudine conſummatâ, | |
| 136 | ineffabili, | |
| 137 | ac æternâ: | |
| 138 | Cujuscunq; antea fuerint Hierarchiæ, | XXXIV. Tribus Hierarchiis, |
| 139 | five legitimè Vocati | |
| 140 | Ordinatiqve Miniſtri | XXXV. Miniſterio Eccleſiaſtico. |
| 141 | Jure divino æqvales qvoad Ordinem, | |
| 142 | horumqve Auditores Cleri; | XXXVI. Magiſtratu Politico. |
| 143 | ſive divinitùs inſtituti Magiſtratus, Horum- | |

| | | |
|---|---|---|
| | Horumqve ſubditi, | 144 |
| | Milites, | 145 |
| XXXVII. Statu Oeconomico. | Carnifices, (aliiqve Juſtitiæ Executores) | 146 |
| | ſive Oeconomi, | 147 |
| XXXIIX. Coelibatu et Conjugio. | *Cœlibes*, | 148 |
| | Conjuges, | 149 |
| | humanitùs indiſſolubili Viuculo copulati, | 150 |
| | Horumqve Liberi | 151 |
| | ac Servi, cum Ancillis, | 152 |
| | vel deniqve communis Hoſtis Antichriſtus, | 153 |
| XXXIX. Antichristo. | aut qvicunq; alius Hæreticus, | 154 |
| XL. Haeresi. | Schismaticus, | 155 |
| XLI. Schismate. | Apostata, | 156 |
| | Neutralis, | 157 |
| XLII. Apostasia. | infauſtusvè Pacificator Syncretiſta, fuerit, | 158 |
| XLIII. Syncretismo. | | |


ANA-

# ANALYSIS BREVICULI
## LOCUS I.
## PROOEMIALIS
### De Theologia
primis XII. §§. abſolvitur.

THeologia א) ἔτυμον, §. I. ב) Acceptio pro α) Theologia *Viatorum*, non Patriæ §. II. β) *Ectypâ*, non Archetypâ, §. III. γ) *Revelatâ*, non naturali, §. IV. ג) Existentia, τὸ ὅτι, §. V. ד) Definitio, cujus α) Genus, §. VI. β) Differentia ab 1.) *Objecto*, ſive tota Religione (qvæ ordinem Locorum monſtrat,) §. VII, 2.) *Fine ultimo*, Gloriâ Dei, §. IIX. *proximo*, hominum ſalute, §. IX. 3.) *Munere* (per qvod ad finem ducit,) qvod eſt a) fundamentum ponere. §. X. b) Scripturam exponere, §. XI. c.) Adverſariis ſe opponere, §. XII. 4.) *Principio*, qvod eſt Scriptura Sacra, de qva Locus ſeqv.

Locus

## Locus II.
## De Scriptura S. à §. xiii. ad xx.

א) ἔτυμον Scripturæ vox, §. xiii. ב) Existentia, in Moſe & Prophetis, &c. ibid. ג) Partitio: Lex & Evangelium. ibid. ד) *Revelans Principalis* Deus, §. xiii. & (propter connexionem Loci de Deo,) xx. ה) *Inſtrumentalis* cauſa Prophetæ & Apoſtoli, §. xiv. ו) *Materia*: facienda, credenda, &c. §. xiii. adhuc. ז) *Materiale*: Literæ ac Syllabæ originales. §. xiv. ח) *Formale*: Mens Dei œconomica, §. xv. Ex qvibus fluunt ט) *Affectiones*, a) αὐτοπιςία. §. xv. Poriſma: *Independentia ab Eccleſia*, β) *Unitas* ſenſûs, §. xvi. γ] *Veritas*, §. xvii. Poriſma: *non dantur veræ contradictiones.* Medium conciliandi eſt *analogia fidei*. δ] *Bonitas* [finem includens] 1) *perfectionis*, §. xiix. Poriſma: *contra Traditiones*. Conf. §. xx. 2.] *Luminis*, ibid. 3] *Certitudinis*, l. c. 4.) *Intrinſecæ virtutis* ibid. Poriſma: qvòd *non ſit Litera mortua*. ε) *Lectio Catholica* §. xix. י] Cauſa revelans principalis; DEUS

re-

reperitur. §. xx. propter connex. ſeq. Loci.

## LOCUS III.
## De Deo à §. XX. ad XXXIX. ubi Ejus

א) *Indefinibilitas*, §. XXI. ב) *Exiſtentia* oſtenſa ex α) Natura, via triplici. β) Scriptura, §. XXII. ג) *Deſcriptio*, qvam abſolvit a) *Spiritualitas* §. XXIII. inde fluens b) *Simplicitas*. §. XXIV. manifeſta ex negatione compoſitionis Logicæ, Phyſicæ, Metaphyſicæ, *Poriſma*: Perſonæ non componunt eſſentiam Divinam. c) *Incorruptibilitas*, §. XXV. d) *Immenſitas*, §. XXVI. e.) *Omnipræſentia*, §. XXVII. cujus 1) τὸ ὅτι. 2) Relatum reale, ſc. πȣ̃ reale. 3.) Modus repletivus. f.) *Æternitas*, §. XXVIII. cujus 1) ὅτι. 2. Terminus, ab ante, & poſt. 3) Modus, ſine ſucceſſione ac mutatione. g) *Omniſcientia*. §. XXIX. cujus 1) ὅτι. 2) Objectum, omne ſcibile, etiam futurum contingibile, 3) Modus. Scientia eſt vel Viſionis, vel ſimplicis intelligentiæ, vel Media, 4) Con-

Conſectaria : infallibilis ; ſed non. neceſſitat. h) *Omnipotentia*, §. XXX. cujus 1) ὅτι. 2.) Objectum ; omne poſſibile. 3.) Adfectio eſt irreſiſtibilis. Secùs potentia ordinata. Conf. §. XXXII. CIII. i.) *Bonitas*, §. XXXI. cujus α) ὅτι. β) πῶς: 1.) Summa, 2.) infinita, 3.) independens, 4.) identica cum reliqvis attributis: 5) fons omnis boni creati. Unde 6.) πόρισμα: Deum non eſſe cauſam peccati. k.) *Voluntas*. §. XXXII. cujus 1. ὅτι, 2.) πῶς: qvædã vult abſolutè, qvædã ordinatè: 3.] Objectum, tantùm bonum, 4.) πόρισμα: non vult malum. 5.) Affectiones, nempe α) Sinceritas. §. XXXIII. Ergò non eſt δίψυχος Deus. β) Miſericordia, §. XXXIV. cujus 1.) qvidditas. Clemens eſt. Qv. an. affectus in Deo? 2.) τὸ πῶς: maxima, ardentiſſima, æterna. 3.) Objectum, pii miſeri. 4.) Oppoſitum, ira. 5.) Univerſalitas, reſpectu voluntatis accedentis. §. XXXV, cui opponitur conſeqvens ſeu vindex. Unde ſeqvitur γ) juſta ſeveritas, §. XXXVI. cujus 1.) ὅτι, 2.) neceſſitas, eſt Deo natu-



Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn323898734/288 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

turalis. 3.) qvidditas, puniens. 4.) Ob-
jectum impœnitentes. I.) *Adorabilitas* §.
xxxvii. cujus 1.) ὅτι, 2.] πῶς: eſt nempe
religioſa, Deo propria, à religioſa dulia
non diſtincta. 3.) Objectum, Solus DEUS.
m) *Unitas* §. xxxiix. eſſentialis: nume-
rica: ſed ſingularis, non individua. Eſ-
ſentiæ unitatem excipit Perſonarum
Trinitas, Unde

## LOCUS IV.

### De Trinitate, & qvidem primò De Persona Patris, §. xxxix. xl. ubi

א) De Trinitate in Genere §. xxxix. cujus 1) τὸ ὅτι 2) πόρισμα: Trinitatem non colentes idololatræ ſunt.
ב) De Patre ſpeciatim §. XL. ubi 1) τὸ ὅτι, 2) Character eſt *gignere* potius, qvàm *ingenitum eſſe*.

## LOCUS V.

### De Persona Filii. §. xli. ad lxxv. cujus

א) *Divinitas* probata a) *charactere*

§. XLI.

§. XLI. 2.) αὐτοθεότητι §. XLII. 3.) ὁμοουσία cum Patre §. XLIII. qvæ oſtenditur ex identitate α) nominis, β) eſſentiæ, γ) attributorum, δ) operationum, & ε) cultûs. ב) *Humanitas*, §. XLIV. ex Matre 1) Homine, ibid. 2.) Virgine, §. XLV. Poriſma: Virginitas nativitatem non negat, ſed ſanctitatem confirmat. ג) *Dei virilitas*, §. XLVI. ex 1) *Concretiva* (duarum Naturarum) appellatione, 2.) *Activa aſſumtione* & perſonali inhabitatione, 3) *Humanitatis perfectæ* aſſignatione, reſpectu α) corporis integri, β) animæ rationalis perfectæ, intellectu, & voluntate, ד) *Perſonalis unio* §. XLVII. cujus α) vinculum & fundamentum eſt communicatio divinæ ὑποστάσεως. β) Effectus 1) Perſonæ unitas ibid. πόρισμα: Chriſtus homo eſt Filius Dei naturalis, §. XLIIX. 2) Idiomatum communicatio, qvæ etiam eſt unionis finis, qvare diſtinctiùs conſideranda eſt iſta ה) *Idiomatum communicatio*, §. XLIX, cujus α) τὸ ὅτι ſive *Veritas*. β) τὸ πῶς. eſt enim 1) *realis*, non verbalis, σωματικῶς (qvoad

rem,

rem, non modum ) facta, 2) *communicativa* (vel ad poſſeſſionem, vel operationem) non abdicativa aut transfuſiva, confuſiva, aut transmutativa, multò minùs naturam exæqvativa. 3 ) Genere triplex, ut prædicatum generis *primi ἰδίωμα, ſecundi ἀξίωμα: tertii ἀποτέλεσμα* ſit. γ) Objectum qvod eſt πᾶν πλήρωμα τῆς θεότητος, ſeu omnium idiomatum Divinorum virtutisqve infinitæ: 1) *omnipotentiæ*, 2) *omniſcientiæ*, 3) *omnipræſentiæ*, 4) *cultûs religioſi*, 5) *virtutis vivificæ*, & ſi qvid aliud eſt virtutis Divinæ ἐνεργητικῆς. Ἀνενέργητα enim attributa ſunt communicata mediatè ad poſſeſſionem, non uſurpationem nec in caſu recto Denominationem. 6) Finis eſt 1) *Apotelesma triplicis officii*, §. L. Unde eſt unctus §. LI. (ubi probatur, qvòd ipſe verus Meſſias ſit) tanqvàm A) *Propheta*, §. LII. cujus 1) ὅτι, 2) Mittens, 3) Functio. א) ſecundaria α) legis latæ expoſitio, β) non perfectio, γ) multò minùs novæ latio ב) Exochica ſive primaria: Evangelii prædicatio. B) *Sacerdos*

§.

§.LIII. cujus α) τὸ ὅτι, β) τὸ πῶς, eſt Melchiſedecianus. γ) Functio, 1.) monadica ſacrificatio, 2.) ſui ipſius oblatio in his terris, 3.) ad dextram Patris interceſſio, cujus a) Modus, intercedit formaliter b) Objectum: Pro nobis. c) Duratio, usqve ad finem mundi qvoad actum. d) Fructus, æterna ſalus. δ) *Poriſmata:* I) ſeipſum obtulit. Ergò eſt *Sacerdos N. T.* §. LIV. II.) Eſt. *Melchiſedecianus*, ergò α) monadicus, §. LV. adeoqve β) Miſſa eſt figmentum, ibid. III) *Seipſum* obtulit, ergò eſt impeccabilis, §. LVI. C) *Rex*, §. LVII. cujus α) ὅτι, β) Conſtituens, Deus, γ) Initium, à nativitate, δ) Objectum, cui imperat, omnes Creaturæ. 1.) Ubi Triplex *regnum Potentiæ, Gratiæ, Gloriæ,* ζ] Duratio, in æternum. η) Modus reſervatur ad §. LXII. de Exinanitione, & §. LXIX. de Exaltatione, ϑ] Finis tergemini officii eſt א] *Mediatio & reconciliatio,* §. LIIX. cujus α) ὅτι, β) Principium: utraqve Natura. γ) Objectum Qvod: Totus Mundus, δ) Subjectum cui: Deus iratus, ε) Modus:

Meri-

Meritum Vitæ&mortis. ב.) *Satisfactio* §. LIX. cujus α) ὅτι, β) Principium, tota Perſona, utraqve natura. γ) Medium: λύτρον perſolutum, agendo & patiendo pro pœna ac culpa ſatisfaciens, δ) Objectum a) Perſonale, omnis homo non Christus Ipse. (Pro ſe ipſo enim nihil fecit, ſed tantùm pro nobis.) Poriſma: E. Satisfactio eſt vicaria b.) reale, *omnis culpa*, originalis, actualis, *& omnis pœna*, tempor. ac æterna. ε) Modus reſpectu *exactoris*, rigidiſſima: reſpectu *præſtationis*, pleniſſima. ζ] Finis ac fructus 1.] à culpa & pœna perfectiſſima liberatio, 2.] ſalutis æternæ omnimoda acqviſitio. ג] *Salvatio*, §. LX. (nam ut Propheta ſalutem annunciat: ut Sacerdos promeruit, ut Rex confert & conſervat.) cujus α) ὅτι β) Objectum Perſonale, omnes homines, §. LXI. Reale, ſalvat ab omni peccato. ibid. γ) Medium idem, qvod ſatisfactionis, δ) Conditio ſine qva non potuiſſet mori, eſt [qvoad officium Regium non verò Sacerdotale ד] *EXINANITIO*. §. LXII. cujus α)

ὅτι, β) Subjectum Qvod, tota Perſona: Qvô, Natura humana. γ] Forma 1) generica, non κρύψις, ſed κένωσις, 2) ſpecifica, *Privativa*, formæ Dei depoſitio: *Poſitiva*, formæ ſervi aſſumptio. δ) Finis ut 1) poſſet pati. 2) Raptum Deiformitatis ab Adamo attentatum, expiaret. ε) Terminus eſt Mors totusqve Mortis ſtatus. §. LXIII. cujus 1) Forma, triduanus animæ diſceſſus, §. LXIV. 2) Conſeqvens, ruptio vinculi tantum naturalis, §. LXV. 3. Status reſpectu a) corporis, qvod mortuum, non cadaver fuit, §. LXVI. Poriſmata: ergò ſangvis non computruit: ſemper in hypoſtaſi manſit; ad corpus reaſſumtus fuit. b) Totius ſuppoſiti, qvod non deſiit exiſtere, §. LXVI. 3. ] Oppoſitum eſt ח) *Reſurrectio*, § LXIIX. cujus α) ὅτι, β) Principium: Deus & Chriſtus ipſe. γ) Forma animæ redunitio cum corpore. δ) Finis & fructus multiplex. ε] Relatio. Reſpicit ut Terminus à qvo Exaltationem, qvæ etiam poteſt eſſe Reſurrectionis conſeqvens. Unde ſeqvitur ו) *Exaltatio*, §. LXIX. cujus α] ὅτι,

β]

β) Subjectum qvod, qvo. γ] Forma δ) Finis. ε) apex, ſive plenarius majeſtatis uſus, §. LXX. ζ Gradus qvibus qvaſi intermediis ad hoc faſtigium aſcendit, ſunt Deſcenſ. Aſcenſ. & ad dextram Dei Seſſio. Seqvitur ergò ו) *Deſcenſus*; §. LXXI. cujus α) ὅτι, β] Subjectum, Chriſtus reſuſcitatus, γ) Modus, δ) Terminus, ε) Finis. Vid. textum. ה] *Aſcenſio*, §. LXXII. cujus α] ὅτι, β] Subjectum, γ) Modus, δ] Terminus, & ε) Finis in textu. ט) *A dextris Seſſio*, §. LXXIII. cujus α) ὅτι. β) Subjectum, qvod, qvô, γ] Relatum & δ) Finis [in textu] ad qvem pertinet judicare vivos ac mortuos. Unde Chriſtus eſt י) *Judex*, §. LXXIV. ubi α) τὸ ὅτι, β] Subjectum, tota Perſona γ) Objectum, vivi, mortui, δ) Norma, Scriptura. ε] Sententia: Ite, venite. ζ) Proceſſus. Et hactenus de ſecunda Perſona, Seqvitur

## Locus VI.

### De Persona Spiritus Sancti.

§. LXXV.

cujus conſideratur.

א) *Divinitas* ex α) appellatione, β) attributione, γ) operatione. ב) *Perſonalitas* ex α) intellectu, β) voluntate, γ) apparitione, δ) ſuggeſtione, ε) exacerbatione, ζ) futurorum prædictione, η) miniſtrorum aſſumtione. ג) *Character*, §. LXXVI. ratione α) qvidditatis ac differentiæ: ſpiratio paſſiva. β) Principii: Spiratur à Patre ac Filio: qvia ab utroqve procedit. Hujus Trinitatis opera ad extra nunc ſeqvuntur, qvorum primum eſt Creatio. Unde

## Locus VII.

De Creatione. §. LXXVII. cujus א) ὅτι. ב) *Efficiens*, SS. Trinitas α) tota, β) ſola. Ergo ſine inſtrumento. ג) *Forma*. Productio ex nihilo α) negativo, β) inhabili. ד) *Tempus*, ἑξαήμερον, §. LXXIIX. ה) *Res producta*, 1. cœlum, terra, & omnia in illis. Poriſma: Ergò & materia prima. 2) Angeli. 3) Homines. De qvibus diſtinctè. Unde

Lo-

## Locus IIX.

### De Angelis, §. lxxix, qvorum

א) τὸ ὅτι. ב) *Efficiens.* ג] *Natura.* Sunt enim 1) *Spiritus*, ergò immateriati, ſubtiliſſimi. 2) *Completi*, ſive ad corpus non ordinati. Ergò aſſumptio corporum erit tantùm paraſtatica: nec comederunt, nec generârunt. 3) *Intelligentes*, qvòd probant locutiones, legationes. 4) *Immortales.* 5) *Æviterni.* 6] *Potentes.* 7) Finis, eorum *officium*, nempe α] Laus Dei, β] Hominum cuſtodia, (ubi de *Angelo tutelari.*] γ) Poriſma: Ergò ad cultum non ſunt conditi. ד) *Ordines.* ה) *Diſcrimen* ſuperveniens, §. lxxx. Sunt enim I] Boni α] origine, β) conſtantia, γ] confirmatione, §. lxxxi. II] Mali α) ſpontaneâ defectione, §. lxxxii. β) incorrigibili obſtinatione.

## Locus IX.

### De Homine, §. lxxxiii. cujus

א) *Cauſa efficiens.* ב) *Producendi modus*, α) creatio. β) generatio. ג) *Natura*

 con-

conſtans α ] corpore, β ] animâ rationali. ד ) *Sexus*, Mas, Fœmina. ה ) *Stirps*, Solus Adam cum Eva. Poriſma : Ergò *Præadamitæ nulli*, §. LXXXIV. ו ] *Conditio* a) *instituta*, Imago Dei, b ) *destituta* lapſus & peccatum. Unde

## Locus X.

De Imagine Dei, §. LXXXV. ſeqq. cujus

א ) ὅτι, ב ) *Subjectum*, Mas, Fœmina: ג ) *Qualitas* I) *Principalis* ſive conſtituens α ] Juſtitia & Sanctitas. Poriſma *contra ſtatum purorum naturalium*, β ] Immortalitas totius ſuppoſiti, §. LXXXVI. II) *concomitans* ſive circumſtans, aut etiam *integrans*, α ) felix habitaculum, §. LXXIV. β ] jucundum otium, γ ] univerſale Dominium. ד ) *Oppoſitum*, conditio destituta. Unde

## Locus XI.

De Lapsu Et Peccato. §. LXXXIIX.

א ) ὅτι, ibid. ב ] *Ortus*, 1 ] diabolica ſeductio, 2 ) Hominis ſpontanea defectio.

Po-

Poriſma: *Deus non eſt cauſa peccati.* 3) carnalis propagatio ſive generatio, § LXXXIX. ג) *Forma* I) *generica* eſt ἀνομία privativa vel carentia rectitudinis: poſitiva, ſive prava concupiſcentia. II) *Specifica* ſive differentialis, qvatenus eſt peccatum α) origin. actuale; β) involuntarium, proæreticum: γ) omiſſionis, commiſſionis; δ] regnans, non regnans, mortale & veniale, &c. ד) *Reatus*, Mors temporalis, æterna. ה] *Subjectum*, omnis homo præter Chriſtum, §. XC. Poriſma: Ergò & *Maria*. ו) *Conſeqvens*: ſervum arbitrium. Unde

## Locus XII.
### De Servo Arbitrio, cujus

א) τὸ ὅτι, §. XCI. ב) πῶς, ſive Forma ſpectata I) ὁλικῶς, ἀδυναμία in ſpiritualibus deſcripta totali α) ſervitute, β) morte. II) μερικῶς, ἀδυναμία reſp. α) *intellectûs* 1) privativè, ignorantia, cœcitas, 2) poſitivè, contradictio, error. β) *Voluntatis & appetitûs ſenſitivi*, 1) priva-

tivè non appetendo *bonum*: 2.] poſitivè appetendo tantùm *malum*: Deo reſiſtendo. ג) *Subjectum* inhæſionis: totus *homo*, cum omnibus facultatibus. ד) *Objectum*: ſpiritualia interna. De actionibus externis, pædagogicis, civilibus non qværitur. ה) *Reatus*: mors æterna ו) *Affectio*: 1) à ſolo Deo eſt corrigibile, 2) in altera demum vita auferribile, ז) *Oppoſitum*, arbitrium regeneratum. Unde

# Locus XIII.

De Regeneratione, cujus

א) ὅτι, §. XC I. ב) *Neceſſitas*, ibid. ג) *Semen*, verbum Evangelicum α) audibile, §. XCIII. β) viſibile ſive Sacramenta, de qvibus Loc. ſeq. ד) *Fructus*, Vita ſpiritualis, æterna.

# Locus XIV.

De Sacramentis In Genere, qvorum

א) *Definitio* conſtans I) *genere*: eſt actio. §. XCIV. II) *differentia*: qvæ abſolvitur α) Efficiente principali, β] Materia terreſtri, cœleſti, γ) cauſa admi-

miniſtrante, δ) Subjecto Cui, ε) Effectu & fructu, qvi eſt Salus, §. XCV. non ſuſpenſa ab intentione vel ſanctitate Miniſtrorum. Vid. textum. ב) *Numerus binarius*, nempe Baptiſmus & Eucharistia. Unde

## Locus XV.

De Baptiſmo. §. XCVI. cujus א) *Notio*: Baptiſmus aqvæ. ב) *Inſtituens*. ג) *Materia* terrena, aqva; cœleſtis, Spiritus, &c. ד) *Unitas*. Ergò *a Johanneo non differt*. ה) *Formula*: in Nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti. ו) *Forma* α) generica ſive neceſſaria: ablutio. β) ſpecifica ſive libera: intinctio vel aſperſio. ז) *Miniſter* α) ordinarius: Paſtor, β) extraordinarius; fidelis Laicus, vel Laica. ח) *Subjectum*: infantes (in Eccleſiæ poteſtate,) & (fideles) adulti. ט) *Effectus*: regeneratio: (adeoq; fidei in infantibus qvoqve accenſio, unde) peccatorum (omnium) præteritorum ac futurorum remiſſio: æterna ſalus.

# Locus XVI.

De Eucharistia, §. xcvii. cujus

א) *Notio*: Eucharistia unde dicta, &c. ב) *Instituens*: Christus, ut α) *conſecrans*, conſecratione deſtinativâ, & unitiva, β) *frangens* fractione diſtributivâ, non oblativâ nec ablativâ. ג] *Epulæ ſubſtantialiter præſentes*: Materia I.) *eſculenta*, α) terrena, panis; β) cœleſtis, Corpus Chriſti. II) *potulenta* α) terrena; Vinum. β) cœleſtis: Sangvis Chriſti, ד) *Uſus* conſiſtit in utriusqve materiæ orali α) manducatione, β] ſimultaneâ bibitione, non γ) repoſitione nec δ) circumgeſtatione, nec ε) propriè dictâ ſacrificatione, contra Miſſam. ה) *Convivæ* ſunt omnes, qvi ſe probare poſſunt. adulti ſc. Mares, Fœminæ Clerici, Laici. ו) *Miniſter* ſolius Eccleſiæ Paſtor: ז] *Fructus* [qvem ſoli convivæ digni percipiunt] eſt α) peccatorum remiſſio, β] cum Chriſto unio, γ] charitativa cum proximo agglutinatio, δ) reſurrectionis cer-

tificatio: ה) *Locus α)* ordinarius : Templum; β) extraordinarius; etiam privata domus. Cùm verò Theſaurus hic ſit Eccleſiæ concreditus; ſeqvitur

## Locus XVII.

### De Ecclesia, §. XCIIX. cujus

